C. D. & A. C.

DISPUTATIO JURIDICA

DE

REVISIONE
OB SUMMAM NON APPELLABILEM,

QUAM

FAVENTE SS. TRIUNO NUMINE

AUSPICIIS

Viri Magnifici, Nobilißimi, Amplißimi ac Consultißimi

DN. FRIDERICI DECKHERRI, JC. diversorum statuum Imperii Consiliarii, Pandectarum in hac inclyta Argentoratensi Universitate Professoris Ordinarii:

Patroni, Fautoris ac Præceptoris sui, æviternùm Parentis instar, obsequiosè venerandi colendi,


SOLENNI ERUDITORUM EXAMINI

submittit

GEORGIUS BERNHARDUS Riedt

HEILBRONNENSIS.


Ad diem 5. Decembr. hora locoq; consuetis.



ARGENTORATI,

Typis JOSIÆ STÆDELII, ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

ANNO MDCLXIII.



446.

MAGNIFICOS,
NOBILISSIMOS, AMPLISSIMOS,
PRUDENTISSIMOS
DN. DN.
CONSULES
QUADRUMVIROS
SENATORES
LIBERÆ IMPERIALIS REIPUBLICÆ
HEILBRONNENSIS,
Patres Patriæ conſcriptos
Salutis Publicæ Curatores
Vigilantiſſimos.

NEC NON
VIRUM NOBILISSIMUM ET STRENUUM
DN. JOHANNEM BERNHARDUM
Trappen à Trappenſee / dictæ Reipublicæ PRÆTOREM meritiſſimum &c. Cognatum & è baptiſmatis fonte Suſceptorem honoratiſſimum.

Ut &
VIRUM NOBILISSIMUM, AMPLISSIMUM
ac Conſultiſſimum
DN. JACOBUM FRIDERICUM Rühlen/ J.U.D. Practicum Celeberrimum, memoratæ Reipublicæ Syndicum, hocq; tempore ad Comitia Ratisponenſia Legatum meritiſſimum, variorumq; Statuum S. Imperii Conſiliarium graviſſimum.

Hujus diſputationis inſcriptione ſubmiſſe veneratur,
ſeq; per eam
TANTIS SUIS FAUTORIBUS AC PATRONIS
ut ſpem de eo eiusq; ſtudiis, ſi forte habuerunt
hactenus exiguam, meliorem capiant
commendatum cupit
A. & R.

PROOEMIVM.



SEculo hoc nostro non minus litigioso, quam malitioso, quod plus scientiæ quam conscientiæ habere dicitur, ut loquitur Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. cap. 1. n.* 10. plerumq; omnes conqueruntur de litium diuturnitate, ex qua sæpissimè evenit, eos ipsos, qui victoriam cum sumptuum quoque adiudicatione reportarunt, tam longis anfractibus vexatos, ac tot sumptibus miserè fatigatos, sic affici, ut lugendum sibi potius esse putent, quod bonæ alioquin litis aut instituendæ, aut suscipiendæ consilium ab initio non abiecerint, quam gratulandum, quod tanto pretio nudam victoriæ gloriam compararint, *teste* Anton. Fabro *in C. lib. 9. tit. 22. def. 1. in pr.* Unde in eo Legumlatores & Magistratus semper fuerunt occupatissimi, ut quantum per Justitiæ rationem fieri possit, lites sopirentur, *per l. fin. ff. pro suo. l. 2. pr. ff. de aq. & aq. pluv. arc. l. properandum* 13. *C. de judic. l. 2. C. de re jud. l.* 19. *C. de Transact.* Frid. Pruckm. *consil.* 38. *n.* 92. Hinc celeberrima litium finiendarum remedia inventa sunt: v. c. Res judicata, Transactio & juramentum *l. jusiurandum. 2. ff. de jurejur. l. si deferente.* 13 *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. 1. ff. quar. rerum actio non dat.* quibus alii plures addunt, verbi gratia, ut processus instituatur summarius: ut viva

voce, ne per apices juris & ſubtilitates Legum domi excogitatas & in ſcriptis conceptas, lites protrahantur, proponatur: ut amicabilis compoſitio tentetur; ut Commiſſarii ordinentur, ut coram arbitris cauſſa tractetur. *vid.* Carpzov. *part.* 1. *conſt.* 1. *def.* 10. 12. 13. *& plurimi ibidem allegati.* Non minorem tamen adhibuerunt curam, ne iniqua ſententia partes prægraventur, cumque in finem, non modo ordinarium remedium, Appellationem ſcilicet, quæ eſt partis ab inferiore ad ſuperiorem gradatim riteque facta querela, ut is cauſſam iniuſte definitam, corrigat, & ſententiam in melius reformet *l.* 1. *pr. l. qui ſuſpectum.* 20. *§. ult. l. Imperatores* 21. *§. idem* 1. *ff. de appell. l. ex illo.* 13. *cum l. ſeq. C. dict. tit. l. qui Roma.* 22. *§. Seja.* 5. *de V.O. l. præfecti.* 17. *ff. de Min. l.* 1. *§. ult. ad SCt. Tertull. l. ult. quib. appell. non licet.* Item actiones adverſus judicem ſive dolo ſive culpa male judicantem, *pr. Inſt. de obl. quæ quaſi ex del. naſc. l. ult. C. de pœn. jud qui mal. jud. l. filiusfamilias.* 15. *ff. de jud.* Verum etiam plura alia pro diverſitate circumſtantiarum conſtituerunt, quibus partes jus ſuum tueri, & contra iniquæ ſententiæ effectum ſibi conſulere poſſunt. v. c. Querela nullitatis tum ratione perſonarum, tum proceſſus, tum ſui ipſius, de quo remedio latè Bocer. *Claſſ.* 6. *diſp.* 33. *th.* 3. *& per tot.* Reſtitutio in integrum *l.* 2. *C. ſentent. reſc. non poſſ. d. l.* 17. *ff. de Min.* Gail. 1. *obſ.* 45. *n.* 6. Supplicationem, quæ competiit contra ſententiam Præfecti Prætorio, à quo appellari non potuiſſe conſtat *l. un. C. de ſent. Præf. Prat.* Struv. *in Synt. Iur. Civ. diſp.* 50. *th.* 6. Item recentius illud remedium Syndicatus, cum pars quæ ſe gravatam dicit, ipſos judices de dolo accuſat *Ord. Cam. part.* 3. *tit.* 53. *§.* Wo aber eynige Parthey ꝛc. Bocer. *claſſ.* 6. *diſp.* 35. *th. ult.* & plura ſimilia de *quibus poſt* Marantham *in ſpec. aur. de ord. jud. part.* 6. *de*

appell.

appell. n.4. Coll.Jurid.Argent. *de appellat. th.20. & 5.seqq.* Bender. *de Revis. in proœm. n.1.* Quibus merito etiam annumeramus remedium revisionis, de cuius altera novaque specie, quæ per Recessum Imperii de Anno 1600. introducta, & in recessu de Anno 1654. repetita auctaque videtur, in præsentiarum paucis erit augendum.

THESIS I.



CUm verò juxta monitum Quintiliani *in lib. 5. cap. ult. in fin.* JCtis summus circa verborum proprietatem sit constitutus labor, meritò de ipsius vocabuli REVISIONIS, origine, multiplicique significatione, pauca prælibare operæ pretium erit. Terminus autem, REVISIO, apud bonę latinitatis Authores, quantum nos quidem novimus, non reperitur, nec quoque in Jure nostro Civili Digestorum vel Codicis usurpatur. Unde Calvinus, Schardius, aliiq; Lexicographi quicquam de revisione referre noluerunt: Buchnerus in Thesaur. Erud. Scholast. termini huius quidem mentionem facit, sed sine authoritate. Apud JCtos autem initium videtur sumpsisse ab Anno 1555. cum Ordinatio Cameræ publicaretur, ante hoc tempus enim & JCtis hunc terminum incognitum fuisse non dubitatur, hactenus vero in praxi receptus, & Imperii constitutionibus approbatus, meritò est retinendus. Et quidem ex præpositione inseperabili RE, & nomine verbali VISIO, vox hæc est composita; quasi accuratius, penitius & plenius video, & inspicio, quod ante alius, sed forsan minus attente, viderat, Germanicè Revision und Besichtigung der Acten und gesprochener Urtheil. *Ord. Cam. part.3. tit.53.*

II.

Revisio accipi potest, vel in communi ac promiscuo loquendi usu, ad exemplum verbi revisere, pro reditu ad videndum quid agatur: ita Terent. in Andr. ibique Donat. Vel in sensu Juridico pro remedio juris subsidiario, quo sententia iniqua deficiente appellatione corrigitur quæ acceptio est huius loci propria. de qua infra th.5. & seqq.

 III. Sy-

III.

Synonymiam huius vocabuli quod attinet, sciendum, quod dicatur Revisio simpliciter, Gail.1. *obser.53.n.1. & passim*. Revision, *Ordin.Cam p.3.tit.53.* §. und damit ꝛc. *&* §. ob auch die revision &c. & *passim*. Besichtigung der Acten und gesprochener Vrtheil. *Ord.Cam. dict.loc.* Revision und Handlung *Ord Cam. dict.tit.53.* §. und damit *&c. in fin.* Widersichtigung *in Indice Recess.Imper.præfix.* & si forsan alia similis loquendi formula occurrat.

IV.

Paronyma sunt Revisio, Revision, *vid.§.praced.* revidiren / *Ord. Cam. p.3. tit.53.* §. darauff sollen alsdann ꝛc. §. und sollen der Kayserl. May ꝛc. rarius revideo ad aliquem, id est, redeo ut videam. Plaut. Trucull. *act.II. Scen.II. vers.65. ibi: nunc ad heram revidebo.* Sæpius eodem sensu dicitur reviso. *Terent. in Andr.* Reviso quid agant aut quid captent consilii: dicitur etiam reviso aliquem *Plaut. dict. loc.* quando otium tibi sit me revisas: & revisio ad aliquem Gell. *lib.13. cap.23.* cum valebo ab oculis revise ad me, Lucret. *lib.5. vers.635.* ad hanc quia signa revisunt. & alibi, crebro revisit ad stabulum Hor. *lib.1. Ep.VII. vers.12.* Te dulcis amice reviset, cum Zephyris si concedis & hyrundine prima. Buchner. *in Thes. erud. Schol.* dicitur etiam revisito. Plin. *lib.18. c.3.* Nundinis urbem revisitabant.

V.

Præmissa descriptione nominali, recta methodo sequitur realis: Potest autem REVISIO in genere accepta, describi, REMEDIUM JURIS SUBSIDIARIUM, QUO PARTI LÆSÆ CONTRA INIQUITATEM SENTENTIÆ à QUA APPELLARI NON POTEST, PER NOVAM ACTORUM INSPECTIONEM ET PONDERATIONEM, A PERSONIS QUIBUS HOC DE JURE PERMISSUM EST, EXPEDIENDAM AUTHORITATE IMPERATORIA SUBVENITUR.

VI.

Aggredimur nunc præmissæ definitionis nostræ explicationem; ubi primo se offert definitionis genus, quod posuimus, REMEDIUM JURIS, quemadmodum enim generaliter proditum est, neminem sine actione agere posse, *l. si pupilli 6. §. videamus 12. ff. de neg. gest. l. tutor 20. C. dict. tit. l. Julianus 13. §. offerri. 8. ff. de action. empt.*

empt. ita multo minus quis alio remedio uti poterit, nisi jura idipsum suppeditent: quod enim jure non cavetur, in practica non attenditur: *post Bald. in cap. nihil. in fin. X. de Elect. Consil. Marpurg. vol. 1. cons. 27. n. 135.* cum erubescamus sine lege loqui *Nov. 18. cap. 5.* Sic etiam posuimus remedium JURIS, non JUDICIS, nam etsi Judex ipse acta revidere, melius ex actis se informare, & sententiam corrigere & emendare vellet, id ipsum facere non posset *l. quod jussit. 14. l. Judex. 55. ff. de re jud. tot. tit. C. sentent. rescind. non poss.* ne quidem eo ipso die quo lata est. *l. cum quærebatur. 62. ff. de re jud.* aut sub prætextu rescripti Imperatorii *l. 3. C. sent. resc. non poss. l. ult. C. de error. Advoc. l. 1. & 2. C. de sent. ex pericul. recitand.* sive benè sive malè officio suo fuerit functus, *d. l. 55. & l. 62. ff. de re jud. l. 65. § 2. ad SCt. Trebell.* etiamsi altera pars exceptiones suas ex incuria omisisset *l. 2. C. sent. rescind. non poss. l. 23. § 3. ff. de condict. ind.* Idque ex duabus potissimum caussis, (1) quia sententia semel dicta, judex esse desinit, *d. l. 55. ff. de re jud. fac. l. 1. § 2. in fin. ff. de usur.* (2) quia sententia inter litigantes jus facit *l. ingenuum. ff. de stat. homin. l. pen. ff. de just. & jur.* Wesenb. *in parat. ff. de re jud. n. 8.* quod semel quæsitum. contra voluntatem vincentis ei adimi nequit *l. id quod nostrum. ff. de reg. jur.* Gail. 1. *obser.* 114. *n.* 1.

VII.

Diximus autem remedium juris. & quidem SUBSIDIARIUM, datur enim hoc remedium non aliter, quam appellatione, aliisq; remediis cessantibus Reichs-Abschcid de Anno 1600. § es soll aber &c. ibi. da sie unter benanter Summa der 300. Reichsgulden/davon nicht *appellirt* werden mag/sich beschwert zu seyn befinden ꝛc. Reichs-Abschied *de Anno* 1654. §. doch mit diesem Zusatz ꝛc. *ibi*: auff den Fall die Sum̃ nicht *appellabel*, und den *effectum devolutivum* an das Cammergericht nicht gehaben könte. ꝛc. quemadmodum plures etiam actiones dicuntur subsidiariæ, quæ omnibus aliis deficientibus demum competunt: cuiusmodi est actio de dolo *l. 1. § 1. de dol. mal. l. de dolo. C. eod.* inofficiosi querela, *§. 3. Inst. de inoff. test. l. maximum vitium. 4. vers. nam cum ultimum. C. de lib. præt. l. si ponas. 23. pr. ff. de inoff. test.* actio in factum *l. 1. pr. D. de præsc. verb. & in fact. action.* Stellionatus *l. 2. § 1 D. Stellion. & similes.* Hocque respectu puto hoc remedium subsidiarium opponi posse remedio ordinario.

IIX.

Sunt qui remedium revisionis putant EXTRAORDINARIUM esse, ita enim revisionem, quę contra sententiam supremi Judicis à quo appellari non potest, datur, definiunt Bender. *in tract. de revision. concl. 5. eiusq; n. 20. & seq.* Coll. Jur. Arg. *de appellation. th. 18. n. 1.* Bocer. *class. 6. disp. 35 th. 3.* Sane si respiciamus ad processum quo respectu hodie, sublatis formulis, omnia judicia sunt Extraordinaria *per §. ult. Inst. de Interd.* hoc quoque remedium Extraordinarium dici poterit; Similiter si dicamus illa tantum remedia esse ordinaria, quæ ex Legibus, Plebiscitis, SenatusConsultis, Principum placitis generalioribus. Prætorum Edictis, in Corpore Juris Civilis comprehensis, definita sunt: cætera autem omnia esse extraordinaria, *ut putat* Bend. *de revis. concl. 1. n. 24.* Arum. *de remed. ord. & extraord. sect. 2. n. 2 in fin.* facile largimur hoc remedium extraordinarium esse: Verum strictius hos terminos in sensu juris accipi debere persuasum habemus. Idq; authoritate Ulpiani *in l. causse. 16. pr. ff. de min.* ex quo colligere facile possumus, ordinarium remedium esse auxilium communi & mero jure tributum: Extraordinarium vero, quod contra jus commune & regulare, introductum est, ex speciali circumstantia personarum, aut qualitate causarum &c. Exempla ordinarii remedii sunt omnes ex actibus, contractibus, & negotiis JureCivili proditæ & introductæ actiones, sive in rem, sive in personam, sive ex contractibus sive delictis: item exceptiones, interdicta; remedium nullitatis, appellationis, & quicquid sine respectu speciali vel personarum, vel circumstantiarum tribuitur. Bend. *dict. loc. concl. 1. n. 25.* extraordinaria vero remedia erunt, quando actus, contractus, aut gestum, secundum dispositionem juris communis, eiusque requisita, validum, ex speciali aliquo privilegio vel circumstantia, quæ magistratum movet, rescinditur, & læso subvenitur: Cuiusmodi sunt omnes, in integrum restitutiones, verbi causa ob dolum, metum, minorennitatem; absentiam, status mutationem, justum errorem, aut aliam quamcunque justam caussam *l. 1. & 2. D. de rest. in integr.* quæ non tam ex ipso jure vel Lege, quam ex cognitione demum Magistratus competit, & descendit *l. 3. & 4. dict. tit.* nam quamvis jure proditum sit, posse Prætorem

aliquem

aliquem ex caussa ætatis, doli, metus &c. restituere; non tamen id facere cogitur: hoc sensu lex suppeditat remedium ordinarium immediate: extraordinarium vero Magistratus caussa cognita: verbi causa, ipso jure habemus actionem mutui, empti-venditi, locati-conducti, depositi. &c. nec opus est, ut à Magistratu actionem quis impetret; Sed restitutionem in integrum ipso jure quis non habet, sed demum ex decreto Magistratus. *arg.dict.l.3.C. de integ.rest.* Exemplum nobis exhibet *dict. l.16. pr. §.1.& seq.ff.de min.* Si cum pupillo contractum esset sine tutoris auctoritate, aut cum minore sine curatoris consensu: extraordinarium remedium non datur, quia contractus est ipso jure nullus *l.3.C.de integ.rest.* cum itaq; ex contractu ipso jure nullo, nulla detur actio, cum reus ordinario jure munitus sit, *dict. l.16. §.3.d.t.* extraordinarium remedium non habet. At si minor curatorem non habens v. c. rem emisset, eoque contractu læsus esset, nullo gaudet remedio ordinario, sed extra ordinem per in integrum restitutionem ei subveniendum est, *dict.l.3. C.de in integr.restit.*

IX.

Itaque secundum hunc considerandi modum dicimus revisionem esse remedium Ordinarium 1. quia immediate à Lege tribuitur, sive velit, sive nolit Magistratus, cuius caussæ cognitio hic non attenditur, per deducenda inferius 2. quia neque personæ conditio, nec caussæ specialis circumstantia, hoc loco consideratur, sed omnibus indistinctè per sententiam Cameralem *Ordin. Cam. part.3. tit.53.* aut in summa non appellabili læsis Reichs-Abschied *de Ann.1600.* §. Es soll aber &c. *de Ann.1654.* §. doch mit diesem Zusatz &c. subvenitur. 3. quia nulla apparet ratio cur Imperator & status Imperii hodierni, non æque remedium ordinariũ, quam olim Leges, Plebiscita, SCta &c. constituere possent: Bend. *dict. loc. n.22.* (4) quia hæc remedia revisionis loco appellationis sunt introducta, surrogatum autem sapit naturam eius cui surror, *per allegata ab Anton. Barbos. lib.17. cap.59. axiom.6.* appellationem autem remedium esse ordinarium, nemo est qui negat. (5). Unde facile largimur, illud remedium esse extraordinarium, cum lex in certo casu alicui permittit facere propria authoritate. *l.quemadmodum.29. §.1. ff.ad L.Aquil. tot. tit. C.quand. lic. unicuiq; se & publ.*

publ. devot. sine jud. defend. quod alias prohibitum est, *l. extat. ff. quod met. causs. l. si quis in tantam. C. und. vi. tot. tit. C. ne quis in sua causs.* Etiam hoc largimur, Principem alicui extra ordinem subvenire, quando ex absoluta potestate pœnam alicui remittit, vel privilegium faciendi concedit, quod aliis prohibitum §. *sed & quod Principi. vers. plane. Inst. de Iur. nat. gent. & civ. l. 1. §. fin. ff. de Const. Princip.* Verum quod illud remedium etiam dicatur extraordinarium; quando Legislator novum aliquod remedium, non contra jus Civile, sed præter jus Civile, constituit, in casu quo jure civili nihil dispositum est, hactenus nullo juris textu probatum vidimus, & videtur obstare *d. l. 16. pr. ff. de minor.*

X.

Hinc facile apparet quid respondendum sit ad rationem Zasii *lib. 1. sing. intell. cap.* 20. inductam à Bendero *dict. loco n.* 27. negamus enim revisionem esse introductam contra jus civile: neq; enim ullo jure civili cautum est, ne remedium contra eiusmodi sententiam supremi judicis induci possit, sed ideo rescindi non potuit, quia in suppeditando remedio defecit jus civile, usque dum Imperatores statusque Imperii læsis subvenerunt: quo introducto nihil contra jus civile factum est, sed tantum remedium præter juris civilis inventum constitutum, quod antea erat incognitum, quod cur extraordinarium dici debeat, nihil apparet, nam nec dubitamus primis temporibus sententias fuisse irrevocabiles, remedium autem appellationis (quod ordinarium est) ex post facto demum fuisse constitutum, non contra jus civile, sed in juris civilis supplementum, prout in quibusdam provinciis, pro diversitate judicum, bis aut ter provocare licet. Liceat rem illustrare exemplo: Jure naturæ omnes homines nascebantur liberi *pr. Inst. de libert.* non quod non potuerint esse servi, sed quod servitus eo tempore fuisset incognita *dict. pr. Inst. de libert.* Cum itaque jure Gentium servitus esset introducta, non contra naturam hoc factum; sed præter naturam, (ita enim interpretamur verbū CONTRA *in* §. 2 *Inst. de jur. person.* & verbum CONTRARIUM *in pr. Inst. de Libert.* ne pugnet cum §. 11. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.*) seu præter inventum Juris naturæ; Nec hoc fit extra ordinem, sed jure ordinario: Ita etiam cum revisio introducta

ducta est, nihil factum est contra jus, sed modo novum remedium, antea incognitum constitutum, quod ordinarium dici nihil impedit.

XI.

Hoc facile concedimus, remedium hoc esse novum & subsidiarium, nec tamen inde sequitur esse extraordinarium: Nam etiamsi concedamus omne remedium extraordinarium esse subsidiarium *l.16, pr. de min.* non tamen inde sequitur omne sub sidiarium esse extraordinarium. Minus obstat argumentum à remedio supplicationis deductum, ad remedium revisionis: Nam negamus etiam supplicationis remedium esse extraordinarium, nullibi enim ita vocatur, & si contingeret à DD. ita vocari, minus recte tamen, & sine Legum fundamento hoc dici putamus. Nec enim nos extraordinarium remedium illud dicimus, quod jure civili veteri inventum non est, sed quod contra dispositionem juris Civilis, ex speciali favore, vel personæ vel caussæ inintroductum, *dict. l.16. de min.* Ordinarium vero quod jure veteri civili omissum, Imperatoriis vero constitutionibus introductum, extra omnem personarum caussarumq; favorem.

XII.

Diximus porro in definitione nostra, dari hoc remedium PARTI LÆSÆ: Et hac ratione convenit cum reliquis remediis, quibus per sententiã inique læsis subveniri solet, cuiusmodi est appellatio, supplicatio, Syndicatus, in integrum restitutio, nullitatis querela. Coll. Jur. Arg. *de appell. th.* 1.4.17.19.25. *& de re judicat. th.* 106. 110. qua de re infra ubi de convenientia huiusmodi remediorum tractaturi sumus, comodior dicendi locus erit, in quem pleniorem huius rei explicationem remittimus.

XIII.

Diximus ulterius dari CONTRA INIQUITATEM SENTENTIÆ, quibus verbis distinguitur à querela nullitatis: sententia enim quæ ipso jure nulla est, non sub specie iniquitatis, sed nullitatis rescinditur, nam v.c. extra territoriũ jus dicenti (etiamsi juste decreverit) impune non paretur *l. ult. ff. de Iurisd.* Et sententia contra minorem indefensum lata, etiamsi iniqua non sit, tamen ipso jure nulla est, *l.45. §. ult. ff. de jud. l.6. C. quom. & quand. jud.* qua de re

infra, ubi de differentia revisionis, à nullitatis querela tractabimus, pluribus agendum.

XIV.

Sic etiam posuimus A QUA APPELLARI NON POTEST, in quibus verbis latet differentia à plerisq; aliis remediis sententias reformatoriis, de quibus itidem infra, ubi differentias in specie notabimus pluribus dicendum: includimus autem hic utramq; revisionis speciem, sive enim appellatio ob judicis summitatem, sive ob summæ quantitatem de jure communi cesset, utroque tamen casu revisionis remedium, diverso tamen modo, competit, de qua distinctione mox videbimus.

XV.

Hæc verba PER NOVAM ACTORUM INSPECTIONEM, & quæ ulterius in definitione sequuntur, ad caussas spectant, quas suo loco specialius examinabimus.

XVI.

Quemadmodum autem duobus modis contingit, ut à sententia appellari non possit, nimirum si vel lata fuerit à judice qui superiorem non habet, vel si contineat minorem summam, quam ut ab ea de jure appellari possit. Ita quoque duplex est revisio, altera quæ à Judice Cameræ Imperialis lata: altera, quæ ab eo, cuius summa non est appellabilis, interponitur.

XVII.

Prior species revisionis fundamentum habet, in *Ordinat. Cam. part. 3. tit. 53*: quæ definitur à Bendero *dict. concl. 1.* quod sit remedium extraordinarium, quo in Camera læsis, ex quadam benignitate per Commissarios Imperatoris & statuum Imperii ad id deputatos, succurritur. Coll. Jur. Arg. *de appell. th. 18.* in hunc modum definit: Revisio est extraordinarium juris remedium, quo sententia judicis superioris, à quo provocare non licet, diligenti actorum inspectione & meditatione rationum, quibus Judex suam opinionem fulsit, denuo expenditur ab his, qui huic negotio, à judicis illius domino, deputati sunt, ut ea, si iniqua aut nulla sit, corrigatur, si æqua, confirmetur: Latius hanc definitionem explicat Bocerus *Class. 6. disp. 35. th. 3.* ubi dicit; Revisionem esse extraordinarium juris remedium, quo sententia judicis

cis superioris, à quo provocare non licet, diligenti actorum in-spectione, & meditatione rationem, quibus judex ille suam opinionem fulsit, denuo expenditur ab his, qui huic negotio, à judicis illius Domino deputati sunt, ut ea si iniqua, aut nulla sit ratione omissorum de substantia judicii quæ sunt, non ob alias caussas nullitatis, corrigatur, si æqua confirmetur: Hæ definitiones utrum ex omni parte defendi possint, non leves occurrunt dubitandi rationes; Verum cum de hac specie plenius hoc loco acturi minime simus, eas suis authoribus defendendas relinquimus, plura qui desiderat legat *Ord. Cam. part. 3. tit. 53.* Reichs-Abschied zu Speyer *de Anno* 1557. §. Wiewohl ferner Inhalts ꝛc. Reichs-Abschied zu Augspurg *de Anno* 1559. §. Alsdann auch *cum seqq.* Reichs Abschied zu Augspurg *de Anno* 1566. §. dieweil aber inmittels ꝛc. Reichs-Abschied zu Speyer *de Anno* 1570. §. auß besondern ansehnlichen Vrsachen ꝛc. *Deputations*-Abschied zu Speyer *de Anno* 1600. §. Als auch Streit vorgefallen ꝛc. Reichs-Abschied zu Regenspurg *de Anno* 1654. §. Damit dann auch die Partheyen *cum multis seqq.* Bender. Coll. Jur. Arg. Bocer. *locis supra allegatis.*

XIIX.

Altera species revisionis (de qua hoc loco in specie acturi *sumus*) describi potest, quod sit REMEDIUM SUBSIDIARIUM, QUO LÆSIS PER SENTENTIAM, A QUA PROPTER SUMMAM APPELLARI NON POTEST, PER NOVAM ACTORUM INSPECTIONEM ET PONDERATIONEM, A FACULTATE JURIDICA VEL COLLEGIO JURE-CONSULTORUM EXPEDIENDAM AUTHORITATE IMPERATORIA SUBVENITUR. Hæc revisio fundamentum habet tum in *Recessu Deputationis de Anno* 1600. Spiræ habito §. es soll aber ꝛc. ubi hæc habentur formalia. Es soll aber den Vnterthanen ohnbenommen seyn / sondern frey stehen / da sie unter benandter Summa der Dreyhundert Reichsgulden davon nicht appellirt werden mag / sich beschwerdt zu seyn befinden / solche ihre Beschwerden und gravamina per viam supplicationis, an ihre ordentliche Obrigkeiten und Herrschafften in gebührender zeit rechtens / anzubringen; Welche auch schuldig seyn sollen / dieselbe anzunehmen / und per modum revisionis ex iisdem actis (Es hätten dann die Partheyen etwas newes fürzubringen / darüber sie gehört werden musten / in deme ihnen noch zween Säz oder zwo Schrifften weiter zugestatten weren)

endlich zu entscheyden / oder aber nach Gelegenheit einer jeden Sachen / oder da es von einer oder andern Parthey begehret würde / und erhebliche Ursachen vorhanden / auff eine Universität / oder aber zweyen oder dreyen Rechtsgelehrten / ad revidendum zu überschicken: Die vorgemeldte Erhöhung aber der Appellations Summen / soll den Ständen deß Reichs an ihren erlangten und habenden privilegien / Freyheiten / und sonsten ohnabbrüchlich verstanden / und dieselbe in ihrem würcklichen effect und Kräfften gelassen werden. *tum in Recessu Imperij Ratisbonensi de Anno* 1654. cuius verba hæc sunt: Doch mit diesem Zusatz und bescheydentlicher Erinnerung / uff den Fall die Sum̃ nicht appellabel, und den effectum devolutivum an das Cammergericht nicht gehaben könte / daß alsdann der Parthey ordentliche Obrigkeit / auff deroselben gebührendes ansuchen und begehren / die vollkommene Acta, vermög deß Reichs Deputations-Abschied de Anno 1600. auff deren zuvor / mit Zuziehung und in Gegenwart beederseits Parthey en oder der dero Gewalthaber / fürgehende inrotulation (ohne nebenseytige recommendation) durch gewisse ohnpartheyische Rechtsgelehrte / revidiren / oder auff ohnpartheyische Universität / oder anderes Collegium Juridicum zu schicken / und dero Rechtliches Gutachten darüber zu erfordern schuldig seyn. Jedoch abermals diese Verordnung den Ständen deß Reichs / an ihren erlangten und hergebrachten privilegiis, Freyheiten / Lands. Ordnungen / Statuten / und sonsten ohne Nachtheil verstanden / sondern dieselbe in ihren Kräfften gelassen werden.

XIX.

Ad pleniorem harum constitutionum & exinde descendentis remedii revisionis intellectum considerandæ veniunt, primò personæ principales constituentes, quarum duæ sunt, Constituens ipsa, & constitutum repetens ac declarans. Persona primùm constituens, est Sacratissimus Imperator Rudolphus Secundus, in Ordine Imperatorum 160. Maximiliani II. Imp. ex Maria Caroli V. Imp. filia, filius inter quindecim tertius, beatissimæ memoriæ, qui Imperii fasces suscepit Anno 1576. & placida morte deposuit Anno 1612. ætatis suæ 59. mense 5. die 23. à Virtutibus heroicis, insigni Clementia, pacifica Imperii administratione, pluribus victoriis à Turca reportatis, diversis ad salutem

tem S. Imperii in ſex comitiis publicatis conſtitutionibus celebertimus: inter omnes Imperatores Germanicos matrimonii expers unicus.

XX.

Perſonæ conſtitutum repetens & declarans, eſt Auguſtiſſimus Imperator Ferdinandus tertius, beatiſſimæ memoriæ in ordine Imperatorum 163: Ferdinandi Secundi Imperatoris, ex Maria Anna Bavarica, filius, inter quinque ſecundus, Imperator electus Anno 1636. duorum Imperatorum Parens, hoſtium ſuorum Victor perpetuus, heroica virtute, qua Auſtriaca domus à multis retro ſeculis alias ſuperavit. Clarus, imo vel ex eo ſolo immortalitati conſecrandus, quod Imperium Romanum, & inteſtinis bellis, & externis incurſibus ceu fluctibus opertum, cum accepiſſet, ſumma Prudentia, feliciſſimoque conſilio tranquillavit, pacem tot luſtris amiſſam reſtituit, & ut immota ſit atque perpetua ſolenni Lege ac fœdere firmavit, donec tandem ſpe ſua potitus Anno 1657. ætatis ſuæ 48. menſe 9. die 22. ad beatam vitam evocatus perpetuam nominis ſui gloriam poſteritati reliquit.

XXI.

Secundò, notanda cauſſa procatarctica ſeu impulſiva harum conſtitutionum, quæ eſt auctio ſummæ appellabilis. Nam cum ſuperioribus temporibus & inprimis vigore Ordinationis Cameræ *de Anno 1555. part. 2. tit. 28.* §. und ſonderlich ꝛc. ſumma appellabiles 50. florenorum fuerit, aucta deinde ad ſummam 150. florenorum in *Imp. Receſſ. de Anno* 1570. §. Als wir dann auß obangeregten ꝛc. hoc remedio opus non fuit, cum tantilla ſumma nec litigantis patrimonium exhauriret, nec operæ pretium fuit deſuper multas erogare expenſas: Verum cum poſtea de multitudine cauſſarum appellationis ad Cameram indies decurrentium querela mota, & pro evitando hoc, ſumma appellabilis non tantum in Receſſu Spirenſi, *de Anno* 1600. §. Wiewohl nun auch ꝛc. ad 300. florenos Imperii, verum etiam in Receſſu Ratisbonenſi *de Anno* 1654. ad 400. Thaleros Imperiales uſque aucta fuiſſet, cuius ſummæ amiſſio res eſt maioris momenti & deſuper aliquid expendere vix quisquam dubitaret, ideoque merito Im-

 perato-

peratores ſtatusque Imperii, conſiderantes quod divinûm potius ſitquam humanum omnibus horis æquè ſapere, juſtum ab iniuſto ſecernere, nec unquam ad dextram vel ſiniſtram declinare, ſed potius interdum evenire, ut ii qui Juſtitiæ ſeſe ſacerdotes profitentur, eiusque ſtrenui ac aſſidui cultores & videri & eſſe volunt, interdum à vero ſcopo aberrent, (labi namq; humanum eſt) & dum juris apicibus vel nimium intenti ſunt, aut inter varias & diverſas Dd. opiniones non ſemper æque dextre diiudicare noverint, nonnunquam falſam pro vera arripiant, quod ſæpiſſime ipſis JCtis, ex quorum reſponſis jus noſtrum conſarcinatum eſt, accidiſſe lectio univerſi juris noſtri ſatis abunde teſtatur, frequenter etiam errore non juris ſed facti decepti, aliud quam debent, ſtatuunt, merito inquam ne cuiquam Legum adminicula denegentur, contra *l. un. C. de ſent. præfect. præt.* ſaluberrimum hoc novum & ſubſidiarium remedium invenerunt, ad quod læſi per ſententiam in ſumma non appellabili, tanquam ad ſacram anchoram, confugere poſſunt.

XXII.

Notandum tertiò circa ipſam conſtitutionem quod prima conſtitutio facta fuerit in Receſſu Deputationis, ſecunda vero conſtitutio, vel prioris conſtitutionis non tantum repetitio verum etiam auctio habeatur in Receſſu Imperii. Ubi obſervandum quod Receſſus Imperii differat à Receſſu Deputationis non quidem quoad effectum obligandi, quicquid enim à Deputatis, qui quaſi per compendium totum ſtatuum Ordinem repræſentant, in conventu Deputationis in formam receſſus relatum eſt, æqualem cum Imperii decretis illis quibus in Comitiis univerſalibus omnes interfuerunt ſtatus obtinet vigorem wird als ein gemeiner deß Heyl. Reichs Beſchluß geachtet. Reichs-Abſchied zu Regenſpurg *de Anno* 1694. §. was und ſo viel ꝛc. ſed ratione Conſtitutionis, & quidem 1. quod Comitia ſint conventus Cæſaris atque ordinum Imperii ad ipſius Imperii utilitatem. Conventus vero Deputationis conventus tantum ſit ſpecialis Commiſſariorum tantum Imperatoris & nonnullorum ſtatuum qui primum fuerunt deſignati, poſtea autem eorum numerus aliquoties auctus, ut pulchre demonſtrat Limn.

injur.

in Iur. publ. lib. 9. c. 1. n. 237. 2. Comitia indicit Imperator cum consensu Electorum, inde est quod aliquoties in primordiis Recessuum Imperii legimus, haben wir mit zeitigem Rath unser und deß Heyl: Reichs Churfürsten/ Geistlicher und Weltlicher einen gemeinen Reichstag außgeschrieben. Reichs-Abschied zu Regenspurg *de Anno* 1541. §. Dazu haben wir mit Rath und Beliebung unserer und deß Reichs Churfürsten nicht umbgehen mögen/ eine gemeine Reichs-Versamlung außzuschreiben. Reichs-Abschied zu Regenspurg *de Anno* 1576. §: Als haben wir auff Gutachten und Rath unser und deß Heyl. Reichs Churfürsten/ eine gemeine Reichs-Versamblung außschreiben lassen. Reichs Abschied zu Augspurg *de Anno* 1582. §: Derohalben zu nothwendiger ꝛc: Haben wir mit Vorwissen und Bewilligung der Churfürsten diesen Reichstag außschreiben und ankünden lassen. Reichs-Abschied zu Regenspurg *de Anno* 1598. §: Als aber darzwischen ꝛc. Et quidem consensus Electorum in tantum est necessarius, ut citra nullitatis vitium ab Imperatore negligi non possit; Est enim hoc in Imperio receptum, ut fatetur Rudolphus II: in literis ad Principum Electorum legatos Norimbergæ congregatos sub dato Pragæ 25. Nov. An. 1611. ibi: Zu solchem End were sie auch deren nach Nürnberg verordneten Keyserl. Comiss. Befehl zu geben im werck gewesen/ daß bey dieser der Fürsten Collegial-Versamblung/ die Occasion nicht versaumet/ sondern entweder in Außschreibung eines newen Reichstags der Consens, dem herkommen nach erlanget/ oder da sie die Churfürsten es für gut ansehen würden/ der jüngst verschobene wider reassumirt werden möchte. Estque idem expresse in Capitulationem, in quam jurare Imperatores adstricti sunt, relatum deß Keyserl. Mayst ohne Wissen und Willen der Churfürsten keinen Reichstag ansetzen noch außschreiben wollen. Addendum ex Limnæo *lib 9. c. 1. n. 17.* quod etiam nonnunquam statuum consensu indicentur comitia. Conventum vero Deputatorum indicit Elector Moguntinus vice vel nomine Imperatoris, qui designato sibi die & loco Commissarios suos eo ablegat. *teste supra laud.* Limn. *in Iur. publ. lib. 9. c. 1. num. 234. & 236.* 3. Caussa Comitiorum quæ Imperatorem ad indicenda Comitia commovere solet, est necessitas, utilitas, salusq; Imperii, Auß Erforderung

derr

der hohen Nothdurfft / zu Förderung deß Heyl. Röm. Reichs und sonderlich Teutscher Nation Ehr / Nutz und Wohlfarth ut habet Reichs-Abschied zu Speyer *de Anno 1529. in pr.* Conventus vero Deputatorum hic celebratur, quando motus Imperii se exerunt, atque tumultus oriuntur, quibus compescendis atque sedandis, unius, trium, vel quinque etiam circulorum vires non sufficiunt. R. A. zu Augspurg *Anno 1555.* §. So sich dann. aut quando alia id flagitat Imperii utilitas, etiam tunc quando in Comitiis universalibus non omnia expedita fuerunt, quæ proposita negotia. R. A. zu Regenspurg *de Anno 1594.* §. Als wir dann für den vierdten. §. Was und so viel rc. Et quæ aliæ circa constitutionem Recessus Imperii & Deputationis occurrunt differentiæ, quas brevitatis gratia omittere & benevolum lectorem ad Juris Publici scriptores inprimis vero sæpius laudatum Limnæum, qui *lib. 9. c. 1. jur. pub.* pulcherrime hanc rem pertractat, remittere cogimur.

XXIII.

Quartò. Ipsarum Constitutionum, verba ambigua horumq; explicatio, ubi statim in §. supra posito Recessu Deputationis se offerunt hæc verba:

Es soll aber den Unterthanen) circa quæ verba notandum, quod vocabulum SUBDITI die Unterthanen apud Politicos varie accipiatur, ad evitanda itaque homonymiam nonnullorum acceptiones referre, postea autem nostram hac de re sententiam explicare placet, Et quidem Liebenthal. *in Coll. pol. disp. 15. th. 1.* Subditum illum proprie ac recte dici affirmat, qui in alicuius territorio domicilium constituit, nam domicilii eam vim ac potestatem esse dicit, ut subditum foro ac Legibus istius loci obliget, & privilegiorum & immunitatum participem faciat Johann. Ulricus Wolff. *in disp. Iurid. Pol. 12. thes. 17.* Subditum à cive toto distare cœlo ait, ita tamen ut late etiam civis subditus dici possit; propriè vero is saltem subditus sit, qui Jurisdictioni alicuius subiectus est, Schonb. 3. *pol. cap. 34. p. 274.* vel ubi quis Domicilium habet, *per text. in cap. licet ratione. de for. competenti l. domicilium ubi gloss. ff. ad Municip. l. civis. l. si in patria C. de incol.* Pingiz. *decis. sive quæstion. Saxon. 29. n. 30. fol. 365.* Mynſ. *cent. 1. obs. 12.*

th. 18. Subiicit Beneficiarios subditos, & quidem eminentioris gradus vocari, qui beneficium seu feudum ab Imperatore tenent, die da Reichs-Lehen haben und besitzen/quales sunt omnes fere Ducatus Germaniæ & nonnulli Comitatus, die dem Reich ohnmittelbar unterworffen; Et eiusmodi Vasalli, licet Principes Comitesve sint, subiectos tamen se, & subditos Cæsareæ Maiestatis agnoscunt, id quod passim in Recessibus Imperii & præsertim apud Goldastum in Constitutionibus reperiri docet citatus Wolff dict. loc. Nervosus Politicus Conring. in tractatu suo de Civibus Imperii Germanici p. 2. sic de hac re disserit, Civis est ait, cui in illa civitate cuius civis est, potestas est fungendi Magistratu, vel deliberativo vel judiciali. Hisce præmissis, subjungit ille, obscurum nemini esse potest, quinam hodie in nostro Imperio veri ac genuini propriique sint cives, illi videlicet qui potestatem habent judicandi de iis, quæ ad summum Reipublicæ pertinent: Hinc etiam non potest non patere, recte illos Cives status & ordines Imperii appellari, quod nempe sint totius regni Columnæ, vel quod legitimam in Comitiis habeant standi personam; Neque vero mirum sit, hos solos veros cives reliquos autem incolas potius esse vel subditos: Omnis enim civis socius utique est civilis societatis, est autem veri socii suffragium ferre & sententiam in rebus ad societatem pertinentibus dicere; Apertam sane implicat contradictionem esse alicujus societatis verum socium, nec tamen jus suffragii in ea societate habere. Hactenus ille.

Nobis optime placet illa explicatio quam nobis suppeditat. §. Doch mit disem Zusatz. *in Recessu Imperij de Anno* 1654. ubi vox subditi seu Unterthanen explicatur per voculam Partheyen cum dicitur, es soll aber den Partheyen ꝛc. Quemadmodum enim civitas duobus modis intelligitur, Materialiter & Formaliter, & Materialiter quidem latissimo suo significatu, universum Reipublicæ corpus comprehendit omnes illi unius eiusdemq; vocantur civitatis, quos una eademque Imperii Maiestas subiectos sibi per omnes Imperii ac Regni provincias habet. Arist. *lib.* 3. *pol. c.* 6. Bod. *de Repub. lib.* 1. Ea ratione olim Civitas Romana, quam Cicero totius terrarum orbis, & clarissimi Imperii do-

micilium dicit *ad Quir. Catil. 3.* quæ ut idem jactitat, finibus solis terminabatur, *unde* Claud.

Et cuncti gens una sumus, nec terminus unquam
Romanæ ditionis erit ——————

Quo pertinet etiam *l. in orbe ff. de stat. hom. & l. Romæ ff. ad Municip.* quæ non urbem sed orbem Romanum appellant, & communem omnibus unam patriam unamque civitatem tribuunt. Unde Clarissimus Dn. Locam. *in disp. de causs. action. th. 17. & Acutiss. ICt. Bicc. Sect. 3. th. 7 rer. quotid.* Cives Romanos vocat omnes, qui in orbe Romano sunt, subiecti sc. Imperio, & specialiter ἀπόλιδας esse non jussi aut condemnati, *l. sunt quidam. 17. §. 1. ff. de pœn.* Sic etiam hodiernum Romano-Germanicam Imperium unius civitatis nomine, complectitur omnes Imperii provincias ac regna omnesque status ac populos qui Romanam Aquilam agnoscunt, aut agnoscere debent. Zoan. *de Rom. Imp. n. 250.* Herman. Kirchner. *de Republ. disp. 7. th. 1.* Ita non malefacere putamus si dicamus vocabulum subditi, sive Unterthanen / denotare subditos Imperii Romano-Germanici, sed tamen in tali generali acceptione, ut non tantum de subiectis in specie dictis, sed etiam de civibus, imo omnibus subiectis accipi possit, qua acceptione etiam usus Cellarius, *in pol. lib. 2. c. 18.* ut ex variis ibidem subjectis divisionibus, & ipsa etiam inscriptione capitis sufficienter apparet.

XXIV.

Unbenommen seyn / sondern frey stehen) Suadet interdum & hortatur lex, ut apparet ex *Nov. 22. c. 48. in fin. pr. vers. hanc itaque partem, citat. à* C. I. A. *lib. 1. tit. 3. th. 25. in fin.* Sic etiam in *l. ult. §. 3. C. comm. de leg. & fideicomm.* habetur suasio quædam, Hinc nonnulli leges dari suasorias concludunt, quod ipsis defendendum relinquimus, cum nostrum institutum non tangat, Rittersh. *ad Nov. p. 6. c. 9. n. 6. ex l. 7. ff. de LL.* notat suasionem propriam virtutem legis non esse, sed potius prohibitionem vel jussionem coactivam. Sed quoniam permissum censetur, quod prohibitum non est, arg. *l. mutus. 43. §. 1. ff. de procur. junct. l. quæsitum. 13. ff. de testib.* Bened: Carpz. *part. 1. const. 16. def. 53. n. 3. l. nec non 28. ff. ex quib. causs. maj. laud.* Carpz. *part. 2. const. 44. def. 8. n. 12.* Ideoque constitutio-

stitutionem hanc legem permissivam esse putamus, *l. 7. ff. de LL.* Qemadmodum enim pars litigans non adigitur vel cogitur revisionem petere, sed libero eius arbitrio relinquitur, beneficium hoc apprehendere, & si gravatum se putaverit, per hoc sibi consulere, sic è contra, nemo prohibetur, sed unicunque permittitur, ut possit, si velit hoc beneficio contra gravamen illatum uti, quod & in omnibus remediis à jure inventis, & aliis quamplurimis juris articulis, qui de genere sunt permissorum fieri compertum est.

XXV.

Da sie unter benandter Summa der 300. Reichsgulden / davon nicht appellirt werden mag) Summam appellabilem per hunc Recessum Deputationis, quem vel Spiræ potius quam alibi celebrandum Imperatori ac Statibus visum fuit, (cum alias Francofurtum, & Moganum destinatæ fuerint ad conventus Deputationum teste Limn. *in Iur. publ. lib. 9. cap. 1. n. 235.*) ut cum in eodem de dubiis nonnullis atque gravaminibus Cameram concernentibus consultandum esset, Deputati ad manus haberent, **den Cammerrichter / Præsidenten und Beysitzer zu nothwendiger einfallender Berichts-einholung /** ut verba **Reichs-Abschied zu Regenspurg** *de Anno* 1595. §. **Was und so viel** &c. sonant, auctum fuisse, ad 300. usque florenos ex eiusdem §. **Wiewohl nun auch** apparet cum ante hunc recessum summa appellabilis tantum 150. fuerit juxta **R. J.** *de Anno* 1570. §. **Als wir dann auff obangeregten** &c. *uti supra th 21. in explicatione caussæ impulsivæ notavimus.* Singulos autem hosce florenos bacos sive ursatos ut vocant quindecim, seu crucigeros sexaginta valere, testatur Mynsing. *observ. 83. cent. 5. n. 1.* & post eum Roding. *in Pand. Camer. lib. 1. tit. 20. p. 263.*

XXVI.

Sich beschwerdt zu seyn befunden) Gravatur autem quis multipliciter & 1. quidem vel per definitivam, & quod tunc appellare, vel revisionem petere liceat, neque de Jure Canonico, neque de Jure Civili ullum est dubium. *Comment.* Rod. *lib. 1. tit. 19. p. m. 251.* vel per interlocutoriá, eamq; vel simplicem vel mixtam,

Es hätten dann die Partheyen etwas newes fürzubringen/ darüber ſie gehört werden mußten/ in deme ihnen noch zween Satz/ oder zwo Schrifften zugeſtatten weren) Provocanti licet cauſſas gravaminis ſui proponere unico ſcripto, & provocato quoque unico ſcripto ea quæ neceſſaria exiſtimaverit proponere licet, ita tamen ut neuter aliquid, uti in appellatione fieri ſolet, deducat, ſed tantum ex prioribus actis gravaminum cauſſas deſumat, proinde beneficium *l. per hanc. quod non deducta deduci non probata probari queant, C. de temp. appell.* locum in reviſione non habet, quod & demonſtrat textus luce meridiana clarior *in Ordin. Cam. tit*.53. §. Erſtlich ſoll die klagende Parthey/ ob ſie wil die Vrſach ihrer Beſchwerden in einer/ vnd dagegen ihr Widertheil ihr Nothdurfft auch in einer Schrifft/ vnd doch in ſolchen beeden Schrifften nichts newes/ ſondern allein die Irſall vnd Ableinung deroſelben fürbringen/ vnd keinem Theil weiter oder mehr Schrifften zugelaſſen werden/ vid. Bend *p*.231. Geil.1. *obſ*.154. *n*.2. Intelligenda itaque ſunt verba hæc, Es hätten dann die Partheyen was newes fürzubringen/ non de novis forte exceptionibus, qualiter in appellatione fieri ſolet, cum enim per eam cauſſa reducatur ad tempus litis conteſtatæ, exceptiones peremtorias, ante emiſſas, opponere licet, *ut deducis ex l.* 25. *ff. de adm. & per tut. Clariſs Dn.* Struv. *ex*.50. *th*.14. vel novis allegationibus ſeu probationibus, quæ appellatione interpoſita admittuntur, *de quo videre poteris Ampliſs. Dn.* Perez. *in C. ad tit. de appell. n*.36. ſed de nova ſeu ulteriori deductione gravaminum ex prioribus actis juxta §. Erſtlich. *Ord. Cam. p*. 3. *tit*.53. *& ea, quæ in th. præced. diximus.*

XXXIII.

XXXIII.

Endlich zu entscheiden) Denotant hæc verba revisionem semel tantum, & non reiteratis vicibus concedendam esse, si is enim qui revisionem petiit in revisorio succumbat, denuo ad Revisionem convolare nequit, nam semel tantum supplicare licet, *l. si quis adversus. 5. C. de prec. Imper. offer.* quod & per Ordinationem Cameræ *tit. 53.* indubitatum esse docet Roding. *in pand. Camer. lib. 3. tit. 61. p. 927.* Verum, si is qui per sententiam victor extitit, in Revisione postea succumbat, magis dubium & intricatius est; Sed si æquitas, & in judiciis servanda æqualitas spectetur affirmativam veriorem duco, quod enim quis in propria persona æquum judicavit, hoc ipsum in alterius persona iniquum dicere incivile est, *tot. tit. Quod quisq; jur: &c.* Et quod actori licet, id non debet non licere reo, & vice versa. Nec minus revisores sententiam bene latam, in peius reformare, ac in ea formanda quandoque quid humani pati possunt, ut in hoc Legum & Ordinationis adminicula æque succumbenti in revisorio, ac succumbenti in sententia concedi debeant, ordinatione præsertim nulla reclamante. *vide latius hanc quæstionem deducentem* Bend. *de revis. concl. 37. n. 15. & seqq. & hanc nostram sententiam confirmantem n. 31. & seqq.* Et quidem in hisce concordat Leuteratio Saxonica, nam licet sententia in leuteratione lata leuterari nequeat, exceptis certis casibus in quibus super seu Oberleuteratio conceditur, *juxta tradita à* Carpz. *p. 1. Const. 19. def. 4. n. 4. & seq.* tamen si per sententiam leuterationis novum inferatur gravamen, per id parti adversæ non præiudicatur, quo minus sententiam in leuteratione latam, qua se gravatam animadvertit denuo leuterare queat, cum, ut dicit *laudatissimus Dn.* Carpz. *cit. const. def. 5. ex const. Elect. 19. in pr.* cuivis litigatori permittatur una leuteratio.

XXXIV.

Oder aber nach Gelegenheit einer jeden sachen) Quod fit in casu dubio: So die Urtheil zweiffelhafftig weren/ so in diesen dingen gezweifflet würde/ *Const. Crim. Car. V. art. 7. 29. 151. & art. 219. ibi.* So sollen die Richter wo ihnen zweiffel zufühle bey den nechsten ho-

ſchen Schulen/ Städten / Communen / oder andern Rechtsverſtändigen / da ſie den Vnderricht mit wenigſten Koſten zu erlangen vermeinen/ Rath zu ſuchen ſchuldig ſeyn. Cuiusmodi dedit rationem Imperator pientiſſimus, *art.*219. weil zu dieſen Sachen groſſer fleiß gehöret/ vnd kein müglicher fleiß zu vnterlaſſen/ damit niemand vnrecht geſchehe, fit 2. in rebus captum Judicum ſuperantibus & obſcuris: In ſolchen zufälligen Dingen oder in vnverſtändlichen Fällen *Art.*105. Welche zu zeiten gar ſubtilen Vnterſcheid haben/ ſo dem gemeinen Mann/ ſo an Gerichten ſitzet/ nicht genug verſtändlich oder begreifflich können gemacht werden / *Art.*146. Wann die Sach in Rechts verſtändiger Leuth Vernunfft ſtehet/ *Art.*160. Sollen Rechtsverſtändiger Rath gebrauchen/vnd nicht eigene Regul oder Gewonheit / wann ſie ſchon vernünfftig/ machen/ſo ſie den Rechten widerwertig: Item/ wann die Sach über ihr Verſtändnuß iſt. Si itaque vel caſus accidat dubius, vel qui captum Judicum excedat, merito Judices Invictiſſimi Imperatoris Carol. V. in cauſſa criminali præcepta verba vi huius noſtri §. etiam in reviſione obſervare debent.

XXXV.

Oder aber da es von ein oder anderer Parthey begehrt wurde) Oritur ex hiſce verbis quæſtio, Utrum Judex cogatur, vel invitus cogi poſſit, partium alterutra vel utraque hoc flagitante, acta coram ſe ventilata vel à litigantibus producta ad ſententiam deſuper concipiendam ad Collegium aliquod Juriſperitorũ transmittere? Et licet ex nonnullis rationibus negativa defendi poſſet, tamen affirmativam veriorem ducimus & putamus eam ex textu melius elici poſſe, quam negativam Si enim jure cautum eſt ut Judex acta litigantium coram ſe concluſive producta, ad Collegium Juriſprudentium ſententiæ deſuper ferendæ cauſſa, eum litigantium conſenſu transmittat; Is utique illa vel invitus transmittere debet, nec ipſimet etiamſi velit partibus invitis ſententiam ſuper iis concipere, nedum dicere poteſt. Sed verum eſt prius huius noſtri argumenti: Ergo & poſterius. Majoris enim conſequentia probatur, quia jus eſt juſſus vel præceptum ſuperioris cum neceſſitate parendi, *l. nam & Demoſthenes.* 2.

ff. de

ff. de LL. unde præclare Modestinus sentit, quod Legum virtus sit hæc, imperare, vetare, permittere, punire, *l. legis virtus. 2. ff. de Leg.* quod in quem competit, huius in arbitrio non est, ecquid parere vel non parere velit, sed cogitur præstare, quod jus præcepit, nisi pœnam inobedientiæ luere velit. Minor probatur primum Constitutione Carolina in criminali ordinatione, cuius vigore judicibus, ut in caussis non tantum dubiis, sed etiam captum eorum superantibus Jurisprudentes consulant non tantum permittitur, sed sæpius iniungitur, non per modum consilii, sed præcepti, verbis utendo imperativis, ut supra in thes. 34. deductum, quo benevolum lectorem ne in fastidium eius supra posita repetantur, remitto. 2. Probatur Minor nostra in terminis, ut vocant terminantibus in hoc §. nostro. in verbis: **Welche auch schuldig seyn sollen dieselbe anzunehmen / vnd** per modum revisionis ex iisdem actis, **endlich zu entscheiden / oder aber nach gelegenheit einer ieden Sachen / oder da es von ein oder andern Parthey begehrt wurde / vnd erhebliche Vrsachen verhanden weren / auff eine U**niversität / **oder aber zweyen oder dreyen Rechtsgelehrten** ad revidendum **zu überschicken.** Juris autem indubitati est, quod effectus verbi **sollen** / æquipolleat verbo debere, & præcisam necessitatem importet, & obligationem sive necessitatem existentem denotet, *test.* Ruding. *Cent. 4. observ. Cam. obs. 67. adducens ad id juris textus & plurimorum Dd. authoritates, similiter* Paulus Wehner. *in observ. Camer.* super verbo **sollen** / subiiciens, id esse obligatorium ac imperativum, ex Gylm. *tom. 1. Symph. p. 1. tit. 2. de reconv. n. 196.* Et hujus juris ratio posita est partim in Judice, dum ex caussis justis & legitimis ad transmissionem actorum commoveatur, ut si forte ille sit juris imperitus, vel etiam multitudine negotiorum, vel alio obstaculo præpeditus, vel denique ne litigantium in odium vel invidiam propter sententiam à se conceptam incurrat. Partim vero in litigantium vel utroq; vel alterutro, si judex quavis ex caussa sit utrique, vel alteri parti, quod propendeat in partem alterutram suspectus, ut hac suspicione liberari & pars succumbens cum videt sententiam à judice neutiquam suspecto dictam, eo possit æquiore animo ferre victoriam, adversæ parti

tribu-

tributam. Cum enim grave sit coram suspecto litigare. *c. cum inter X. de except.* Longe sane gravius erit coram eo litigare vel acta ei ad revidendum & ex iis sententiam aut confirmandã aut corrigendam committere qui jam suis pravis affectibus indulsit, Bend. *de rev. concl.* 14. *n.* 36. cum potius ei qui semel gravavit, caussa amplius committi non debeat, cum & imposterum gravare velle præsumatur *per text. in l. cos.* 1. *&* 10. *C de appell.* Bald. *ibid. n.* 1. Geil. 1. *observ.* 31. *n.* 2. 1. *add.* Bend. *de revis. concl.* 14. *num.* 3. *&* 21. Judex enim, qui in sententia quem gravavit, sive ex affectu sive ex imperitia hoc fecerit, certe potius operam dabit ut sententia in suis viribus maneat, & quomodo malevolum suum affectum tegere, quam sententiam in melius reformare possit, & certissime persuasum sibi habebit, reformationem sententiæ detegere suum quod habuit in formanda sententia propositum & consequenter imminuere suam authoritatem, vid. Alv. Valasc. 1. *cons.* 51. *n.* 6. *in fin.* Unde si litigantium uterque, vel alteruter Judici transmittere nolenti contradicat, & transmissionem actorum sibi utilem futuram urgeat, utique Judex in eo versatur cardine, si vir bonus & minime suspectus videri velit, ut transmissionem denegare non debeat; cum quod factum facienti non prodest, alteri vero non factum vehementer obest, illud intermitti in alterius incommodum nequit, quia alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet, *l.* 74. *ff. de R. I.* Jus enim transmittendi à lege & constitutionibus Imperii litigantibus tributum, ipsis invitis sine facto suo non est auferendum, *l. id quod nostrum. ff. de R. I.* Accedit quod etiam in Universitate vel Collegio Juridico citius procedat revisio actorum, quam apud Judicem, apud quem indies novæ lites cumulantur & crescunt, quarum decisio revisionem nonnunquam remoratur: utilitatem vero publicam concernit, ut lites per æquissimas & neutri parti obnoxias sententias quanto fieri potest ocyus terminentur, lites enim ocyus finem sortiri, & Reipublicæ & partium interest. Pruckm. *cons.* 2. *n.* 659. *vol.* 2. Quæ utique sunt caussæ omnes legitimæ & justæ propter quas etiam à regulis juris communis recedi potest *l. si hominem.* 30. *ff. mand. & ibi Dd.* Tiraquel. *in*

tract.

tract. de pœn. temperand. in præf. num. 16. *&* Schrad. *de feud. part.* 10. *sect.* 14. *n.* 24. Clari siquidem juris est, dirimendarum litium magnum favorem esse, *l. item si res.* 4. *§.* 1. *vers. hac enim verecunda cogitatio.* 5. *ff. de alienat. jud. mut. causs. l. quidam existimaverunt.* 21. *in fin. ff. de reb. cred. & ibi Dd. l. in summa.* 2. *in pr. ff. de aq. pluv. arcend. l. fratris* 10. *vers. nullus enim erit litium finis. C. de transact. & ibi Dd. l. properandum.* 13. *in pr. ibi. ne lites fiant immortales. C. de judiciis. l. litibus.* 20. *in pr. C. de agric. & censit. Novell.* 83. *c.* 1. *ibi. velocem accipientes finem. c. finem litibus.* 5. *X. de dol. & cont.* Schrad. *de feud. pag.* 10. *sect.* 14. *num.* 70. & quod litium abbreviatio sit de utilitate communi publica tradit Hornmold. *in repert. sentent. in verb. litium. & ante eum* Bertachinus *similiter in suo repertorio in verb. lis.* Cacheranus *decis.* 22. *num.* 80. & litium tollendarum vel abbreviandarum ratio publicam respicit utilitatem, testante Joanne Pet. Surd. *Decis.* 120. *n.* 8. Felin. *in cap. nonnulli.* 28. *n.* 16. *vers. lex properandum dicitur magis specialis favore publico dirimendarum litium. X. de rescript.* David. Doring. *in bibliotheca ICtorum, in verb. abbreviatio.*

XXXVI.

Und erhebliche Ursachen vorhanden weren) Quænam hæc caussæ sint, ex thes. 34. & 35. sufficienter colligi posse puto, & sunt quidem suspicionis, caussæ dubiæ, & quod judicium excedat captum, cum præmultis aliis.

XXXVII.

Auff eine Universität) Loquitur §. noster per Synecdochen, totius pro parte, cum non toti Universitati vel Academiæ acta ad revidendum & dicendam sententiam transmittantur, sed tantum illius parti, scilicet Juridicæ facultatis Collegio.

XXXIIX.

Oder aber zweyen oder dreyen Rechtsgelehrten ad revidendum zu überschicken) Suppeditat nobis horum verborum explicationem Ordinatio Criminalis Invictissimi Imperatoris Caroli V. *in art.* 219. in his verbis. So sollen die Richter/ wo jhnen zweiffel zufüle/ bey den nechsten hohen Schulen/ Städten/ Communen

nen oder andern Rechtsverständigen/da sie die Unterricht mit wenigsten kosten zu erlangen vermeinen/ Rath zu suchen schuldig seyn/ꝛc.

XXXIX.

Die vorgemeldte Erhöhung der Appellations-Summen soll den Ständen deß Reichs/an ihren erlangten vnd habenden privilegien/ Freyheiten vnd sonsten ohnabbrüchlich verstanden/vnd dieselbe in ihrem würcklichen effect vnd Kräfften gelassen werden.) Quemadmodum summa provocationis, quam vulgo appellationis materiam, sive materiale vocant, Gail.*1.obs.119.* Constitutionibus Imperii definita, quoad Jurisdictionem Cameræ fundandam attendenda est: Ita etiam summa privilegii, quod de non appellando Magistratus sive Judex inferior & Cameræ immediate subiectus impetravit, attendenda fuerit: provocatio siquidem in Cameram non auditur, nisi summa litis privilegio sit conformis, Gail.1. *obs.125. Receß. Imper. de Anno 1654.* §. Drittens sollen/ & §. Schließlichen/ꝛc. quibus locis privilegia Statuum stricte servari jubentur. Et quidem privilegia illa maioris summæ, Ordinibus quibusdam concessa, non tantum inviolata manent, *Ord. Cam. tit.* 28. §. Vnd sonderlich/ꝛc. *hoc nostro* §. Denais.*de summ. app.* §. *ult.* sed etiam quia summa appellationis nunc nimis aucta, etiam Electoribus & Statibus Imperii pro extensione suorum privilegiorum supplicantibus à Cæsarea Maiestate benigna resolutio promissa est, *Receß. Imp. de Anno* 1654. §. Vnd stehet diesem nächst. Requiritur tamen, ut privilegia in Camera attendantur, legitima insinuatio, quæ teste *Comm. ad Rod. lib.1. tit. 20. p.m.272.* communiter fit judicialiter, per procuratorem speciali mandato instructum, idque cum exhibitione originalis, quia copiis, in hoc, licet cum authentico decies collatis, nunquam creditur. *ut docet dict. Du.* Com. ad Rod. *cit. loc.* Hinc etiam Constitutione Imperii sancitum est, ut omnes Imperii Principes & status privilegium de non appellando habentes, Cameræ Imperiali insinuarent. *Receß. Imper. Spiræ Anno* 88. §. Wir setzen ꝛc. Quid autem hic per verba habender privilegien/ Freyheiten ꝛc. circa materiam revisionis intelligendum sit, non immerito dubitatur, nam per hæc verba privilegia quæ concessa sunt de certa summa, intra quam à statu appella-

pellare non licet, intelligi non possunt, si enim privilegium illud non excedat 400. thaleros, privilegii nomen hodiè non amplius meretur, cum hodiè infra hanc summam nec jure communi ab Imperatore & statibus in Comitiis constitutam, appellatio concedatur, privilegia autem circa caussas & personas certas contra vel præter jus commune aliquid ex singulari caussa disponant. *Clariß. Dn.* Struv. *in synt. Iuris Civil. ex.* 3. *th.* 26. & Dd. *communiter ad* §. 6. *Inst. de jur. Nat. Gent. & Civil.* Si vero excedat summam 400. Imperialium, eo ipso quod ad Cameram propter tale privilegium non concedatur appellatio, hæc nostra revisio locum habebit, cum in subsidium appellationis sit introductum, *ut ex* §. *hoc nostro &* §. Doch aber mit diesem Zusatz rc. *Receß. Imp. de Anno* 1654. satis manifeste apparet. Necessum est itaque ut hæc verba intelligamus de tali privilegio cuius vigore à sententia lata provocare quidem licet, sed non ad extraneum Judicem, cuius rei evidentissimum exemplum habemus in hac laudatissima Argentoratensium Civitate, in qua nimirum ex privilegio dato à Maximiliano I. zu Wormbs Ann. 1496. partibus litigantibus appellatio quidem conceditur, sed non aliter nisi ad Dominos XIIIviros. Huius autem privilegii, verba teste Limn. *in jur. publ. lib.* 7. *c.* 3. *num.* 26. ita se habent: Als hat bemelter Keyser Maximilianus ferner verordnet/ daß hinfüro kein Burger oder Innwohner zu Straßburg/ was Würdens/ Stands oder Wesens der seye/ von einiger vnterredlichen oder endlichen Vrtheil/ Erkandtnuß oder Decret/ durch Rath oder andere Weltliche Gerichte zu Straßburg gesprochen/ da die anfängliche Klag oder Hauptsach nicht über 24. fl. Rheinisch antreffe vnd werth were/ an einen Römischen Keyser oder iemands anders zu appelliren/ oder auch an kein ander Gericht widerbringen/ beruffen/ versuchen soll oder möge/ dann allein an die XIII. Personen deß Raths daselbst/ so die Dreyzehen genandt werden; Dann auch Ihr Keyserl. Majest. auß Ihrer Macht Befelch hat geben/ dieselbige appellationen an statt Keyserl. Majest. vnd deß Reichs Obrigkeit/ vnd von ihrentwegen anzunehmen/ die Partheyen nothdürfftiglich deßhalb gegeneinander zu hören/ vnd wie sie die alsdann in Recht gegen einander befünden/

darüber zu erkennen / vnd mit ihrem Rechtlichen Spruch zu entscheiden/vnd alles darinn zu handlen/ zu thun / zu gebiethen vnd zu verbiethen / daß sich in solchem gebürt vnd nothdürfftig seyn wird / vnd was also durch dieselben Dreyzehen oder den mehrerern Theil auß ihnen/in solchen Sachen zu recht erkandt vnd gesprochen wird/ daß dasselbe kräfftig vnd mächtig seyn / vnd dabey ohne alle Weigerung appellation oder supplication bleiben sollen. Summa hujus privilegii, postea ab eodem Imperatore Maximiliano zu Wormbs/ Anno 1497. ad 50. florenos aureos, & zu Sarbrücken/ Anno 1505. ad 150. florenos aureos, ab Imperatore vero Carolo V. Anno 1541. zu Regenspurg/ad 400. florenos aureos, & ab Imperatore Ferdinando zu Augspurg/ Anno 1559. ad 500. florenos aureos, tandem quoque ab Imperatore Maximiliano II. zu Augspurg/ Anno 1556. ad 600. florenos aureos usque extensa & aucta fuit, ut testatur laudatus Limnæus dicto loco. Tali privilegio quoque Civitas Augusta Vindelicorum gaudet, concesso ab Imperatore Carolo V. Anno 1531. per hæc verba: Deßhalben wir angesehen/solch ihre demüthige Bitt/auch die getrewe willige Dienst/ so sie vnsern Vorfahren im Reich in manigfältig weg gethan vnd bewiesen haben / vnd daß sie vns vnd dem Reich wohl thun mögen vnd sollen/vnd darumb mit wohlbedachtem Muth/gutem Rath vnd rechtem Wissen/denselben von Augspurg vnd ihren Nachkommen/ diese besondere Gnaden vnd Freyheiten gethan vnd gegeben/ hiemit vnsere vorgegebene Gnad vnd Freyheit weiter vnd mehr gnädiglich erhöhet vnd erstrecket / thun geben vnd erstrecken die ihnen auch von Röm. Kayserl. Majest. Macht Vollkommenheit / wissentlich in krafft dieses brieffs/ dermassen vnd also/ daß nun fürbaß hin ewiglich/kein Person Geistlich, noch Weltlichen Stands / Frembde Heimische / Mann noch Frauen / in, oder außwendig der Stadt Augspurg wohnhafftig / in was Würden/ Stand/ oder Wesen der oder die seyn / niemand außgenommen von einer vnterredlichen oder endlichen vrtheilen / erkandtnussen oder Decret durch den Rath oder an dem Stadtgericht zu Augspurg gesprochen / so die anfängliche Klag nicht über vierhundert Gulden Rheinisch treffe oder werth were/an uns vnsere Nachkommen am Reich/vnser Keyserlich Cammer-

mer.

mergericht/ oder iemand anders/ noch auch an kein ander Gericht/ wie die Namen haben/ appelliren/ suppliciren sollen noch mögen/ denn allein an Rath der ietzo ist/oder künfftiglich da sein wird/dem wir auch auß vorgemeldter Keys. Macht hiemit befehlen vnd Gewalt geben / dieselbe appellation an vns vnd vnsere Nachkom̃en am Reich/ Römischer Keyser vnd König statt/ von vnsernwegen anzunehmen/ die Partheyen nothdürfftiglich gegen einander zu hören / vnd wie Sie alsdann recht erfünden/ sich darüber zu erkennen/ vnd mit ihrem Rechtlichen Spruch zu entscheiden/ vnd alles das darinn zu handlen/ zu thun/ vnd zu gebiethen/ vnd zu verbiethen/ daß sich in solchem gebührt/ vnd nothdurfftig seyn wird/ vnd was also durch den Rath in solchen Sachen zu recht erkandt vnd gesprochen wird/ daß dasselbe kräfftig vnd mächtig seye/ vnd dabey ohne alle Wegerung/ appellation, supplication vnd reduction bleiben soll/ ꝛc. Pluræ qui desiderat, evolvat Limn. *de jur. publ. lib. 7. cap. 4. prope finem.* Nec hoc mirum, nam cum caussa inductiva Austregarum secundum communiorem opinionem sit hæc: quod, cum mediate Imperio subiecti plures instantias habeant, quibus jura sua diversis vicibus urgere, per incuriam omissa, aut per iniuriam reiecta iterum recuperare ac deducere possunt, res indigna visa fuerat, Status immediate Imperio subiectos deterioris esse conditionis, & statim supremo Cameræ Judicio se, caussasque suas committere: Quemadmodum itaque huic inconvenienti Austregis constitutis remedium positum, atque statibus plures attributæ instantiæ. Vult. *ad l. 1. num. 20. C. ubi Sen. vel Clar.* Thom. Michael. *de Iurisd. Concl.* 38. Matth. Steph. *l. 2. p. 1. c. 5. membr.* 3. Reinking. *de reg. sec. & eccl. lib. 2. class. 2. c. 16. num. 6. & 7.* Rumel. *dissert. 1. part. 2. ad Aur. Bull. th. 2.* ubi eandem in rem, *ex tom. 6. symph.* Gylm. *cap. 7. Privilegij Norimberg. Reip. verba illa adducit*, Damit sie zum wenigsten Two instantz/ vnd ihnen die Guthat vnd Hülff der appellation, also wohl als den jenigen/ so dem Reich nicht ohne Mittel vnterworffen/ vorbehalten vnd ohnbenommen bleibe. Ita etiam, cum summa appellabili nimis aucta, mediate subiectis præcluderetur quoque via, in sententiam primæ instantiæ inquirere, & sibi, si gravati essent, remedio aliquo consulere, ne cuiquam legum adminicula denegentur, *contr. l. un. Cod. de sent. præ-*

 fect.

sect. prætor. meritò Imperatores & ſtatus Imperii ſaluberrimum hoc reviſionis remedium introduxerunt, ita tamen, ut ſi appellatio partibus litigantibus concedatur, licet non ad Cameram fieri poſſit, tamen hoc reviſionis remedium ceſſaret, cum ubi ordinarium competit, extraordinarium vel ſubſidiarium ceſſet remedium, ut ſuperius *in th. 7. & ſeq. deduct.*

XL.

Eſſet nunc quoque eadem methodo explicandus §. Doch mit dieſem Zuſatz ꝛc. *Receß. Imper. de Anno* 1654. tunc etiam aliæ nonnullæ, quæ circa hanc materiam oriri poſſunt quæſtiones reſtarent tractandæ, quibus etiam tam affinia quam contraria remedia ſubiicienda eſſent, ſed cum per hoc pagellæ hujus diſputationis in formam tractatus excreſcerent, ideoque conſtituimus hac vice filum huius diſſertationis abrumpere; & ea quæ adhuc reſtant, divina favente gratia proximis ſeptimanis diſquiſitioni Eruditorum ſolenni, etiam ſubiicere; Interim vero benevolum lectorem ſubnixe rogamus, ut ſi in celeberrima hac materia non in omnibus ei ſatisfecerimus, ut nobis pro favore ſuo illud condonare velit, & tum gravitati hujus materiæ, quæ tota quoque eſt Practica, cum èeontra ſtudium noſtrum hucuſque principiis theoreticis deditum fuerit, tum quoque inopiæ Authorum Practicorum ad hanc materiam pro meritis tractandam, maximè requiſitorum adſcribet, & conatum noſtrum, cum in rebus arduis arte & induſtria conari, quod viribus efficere non poſſumus, nonnunquam laudabile ſit, bene conſulat, quo impetrato, promittimus in ſequenti diſputatione omnem diligentiam pro virili nos adhibituros, & DEO vires atque ætatem clementer concedente, in materiæ huius reaſſumptione, quæ accuratiori lima indigere videbuntur, emendaturos ea, in quibus à ſcopo forſan aberravimus correcturos, & quæ ad pleniſſimam huius materiæ tractationem forte deſunt, ſuppleturos. Spe itaque freti, benevolum lectorem æquum Judicium & favorem ſuum nobis non denegaturum, colophonem huic Diſputationi Imponimus.

DEO TER OPT. MAX.
ſit laus honor & gloria.

Ad Præcellentem Dn. Disputantem.



NE revidere olim cogatur, providet ante,
Qui prudentis avet nomen habere sibi.
Sed tamen est etiam virtus non ultima, primos
Corrigere errores, cum revidere datur.
Tu, RIEDTE, implebis numeros, quod gratulor, omnes,
Prudentis, quando discis utrumque satis.

Iohannes Rebhan, D.
Com. Pal. Cæs. Coll. Jurid.
Senior, h. t. DECANVS.

Ad

Ad Praecellentem & Eximium

DN. RESPONDENTEM.

*A*Cta *probant causas, observantissimus*
aequi,
Ex meritis Judex, quae revidere *solet.*
Justitia ut vigeat, sententia ut inde feratur,
Quilibet & capiat quod fuit ante suum.
Haec est materies, quam nunc defendis, Amice,
Hinc Tibi surgit honor, nascitur atque
favor.
Gratantur Charites, item congratulor ore,
Affectuq; simul, perfice vota D E V S.

Boni ominis causa
scrib.

Fridericus Deckherr,
J.U.D. Pand. Prof. Ordin.

RIETHI beatis nunc Themidos sacris
Fretus probandam militiam paras,
Vix antè quam dictam theatra
Autumo personuisse nostra.
Hôc macte nisu. Sic tibi virginis
Signata quondam nomine serviet
Astrea;

Astræa; quin ad almæ
Culmina sic statueris aulæ:
Tractare doctus talia Numinis
Suasu; nec unquam quis neget ardua
Te consecuturum laboris
Præmia, magnificos honores;
Cum tu *revisis* undique nobilis
Justiniani libris, Bartholicâ domô,
Baldiquè, præscribis, modô quô
Quisque queat *revidere* tecum.

Ita & ominabatur & gratulabatur
Præcellenti Dn. Riethio
Georgius Rudolphus. Dresdensis.
U. I. D.

Ad
Præcellentem atq; Pereximium Dominum
RESPONDENTEM.

NOn culpandus eris, quod hocce Thema
Praxi conveniens quidem Foroque,
Sed scriptâ undique lege destitutum,
Tractandum Tibi sumpseris; Quod hocce,
Inquam, Thema REVISIONIS offers
Auditoribus, increpationem.
Non est ut metuas, enim patescit,
Quantus juris in arte pensidandus
Sis, quantum quoque PRAXIS æstimetur:

Ate.

A te. Jure proin beatus iſte,
In quo conveniunt & ars & uſus,
Immò dignus, ut eruditionis
Cuncta Inſignia conferantur ipſi,
Quâ de ſpe Tibi gratulationem
Mittunt exigui mei Phaleuci.

I. B. G.

Ad

Præcellentem & Pereximium

DN. RIEDIUM,

Amicum decumanum


De

Reviſione Solenniter *diſputantem*

JUris & Aonidum RITHI doctiſsime cultor
cum cathedram aſcendis, carmen Amice petis;
Nec cum Mæonio docuit me phœbus in antro
Carmina multa dabo, flamina θεῖα precor!

amico amiciſſimo dabat
in ſui amorem
Philippus Albertus Weſenerus.

FINIS.



12.

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA

Exhibens Partem [illegible]

DE REVISIONE OB SUMMAM NON APPELLABILEM,

QUAM

SUB DIVINI NOMINIS PRÆSIDIO
AUTORITATE ET DECRETO
MAGNIFICI, NOBILISSIMI,
AMPLISSIMI,
IURISCONSULTORUM
ORDINIS
IN CELEBERRIMA ARGENTORATENSIUM UNIVERSITATE

Pro

SUMMIS IN UTROQUE JURE
HONORIBUS PRIVILEGIIS AC INSIGNIBUS DOCTORALIBUS
RITE CONSEQUENDIS

Publico ac Solenni Eruditorum Examini
submittit

GEORGIUS BERNHARDUS Riedt/
HEILBRONNENSIS.

Die 26. Martij Anno 1664.

ARGENTORATI,
Typis JOSIÆ STÆDELII, ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

490.

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO AC CONSULTISSIMO

DN. JOH. PHILIPPO SCHRAGMULLERO, U.I.D. Practico Celeberrimo, Liberæ Imperialis Reipublicæ Hallensis Suevorum Syndico, hocque tempore ad Comitia Ratisbonensia Legato meritissimo, Variorumque Statuum S. Imperii Consiliario Gravissimo &c. Domino Cognato ac Patrono æviternum Venerando.

NEC NON

VIRIS NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS AC PRUDENTISSIMIS

DN. FRIDERICO PETRO GLANDORFEN,
DN. ULRICO FRIDERICO BECHTEN,
Liberæ Imperialis Reipubl. Heilbronnensis Senatus interioris Adsessoribus Gravissimis &c. Dominis Cognatis ac Curatoribus quoad vixero sanctè colendis.

UT ET

VIRIS CLARISSIMIS AC SPECTATISSIMIS

DN. TOBIÆ GOTHFRIDT Hörnern/ Nobilissimi ac Strenui Dn. à Stetten/ Præfecto Tutelari in arce Kochenstetten vigilantissimo &c. Avo obsequiosè venerando.

DN. JONANNI HENRICO Rieden/ Senatus Majoris Adsessori gravissimo, ac Mercatori Liberæ Imperialis Reipubl. Heilbronnensis &c. Patri piè venerando.

Disputationem hanc Inauguralem
perpetui cultus ac gratitudinis
symbolum

submissè offert

GEORGIUS BERNHARDUS Riedt-

PARS ALTERA
DE
REVISIONE OB SUMMAM
NON APPELLABILEM
exhibens
Explicationem §. Recess. Imper. de An. 1654.
doch mit diesem Zusatz 2c.
THESIS I.

CUm non tantum juris naturalis præceptum sit, ut promissa serventur, teste Struv. *in syntagm. jur. Civil. exer. 6. th. 7. ab eoq; ibidem citato* Didac. Covarruv. *in C. quamvis de pact. in sexto. p. 2.* § 4. *n. 6.* Martin. Bonacin. Theol. & J.U.D. *theolog. mor. tract. de restit. & contract. disp. 3. quæst. 1. punct. 1. n. 3. & punct. 3. n. 2. ubi plures allegati.* Sed & Gregorius, Papa *in C. 3. X. de pact.* maxime adhortatur, studiose agendum esse, ut ea quæ promittuntur, operæ compleantur; Ideoque memor promissi *in th. ult. disp. mea* den 9. ten *Decemb. Anno* 1663. *habita*, à me facti, illud quod de nobili hac revisionis materia adhuc dicendum restat, in hisce subsequentibus thesibus Loco DISPUTATIONIS INAUGURALIS proponere, & Eruditorum placido examini submittere, mecum constitui. DEUM subnixe rogans ut conatibus adesse, & omnia ad propositam metam feliciter dirigere digneiur. Ut autem eam quam in priori disputatione habuimus methodum, & in hac servemus ab analysi §. doch mit diesem Zusatz 2c. Noviss. Recess. Imp. de Anno 1654. quem secundum sua formalia descriptum exhibet *th. 18. disp. præced.* initium faciemus.

II.

Doch mit diesem Zusatz und bescheidentlicher Errinnerung) In

hisce verbis initialibus latet non tantum continuatio & connexio, sed etiam limitatio §. præcedentis; Quemadmodum enim Revisionem hanc nostram introducere Imperatores & Status Imperii nil aliud impulit, quam auctio summæ appellabilis: Ita caussa procatarctica auctionis fuit multitudo litium indies ad Cameram decurrentium. Postquam enim pruritus & libido litigandi non solum Galliam, quam regnum vocat rabularum Hermann. Lath. *de cens. lib. 2. c. 7. n. 75.* infecit, sed & nostrates, uti omnia, ita quoq; litigia horumq; protractionem protervam ac petulantem à Gallis hauserint, teste Anton. de Guevarr. *in instit. vit. aul. c. 13. & c. 10.* Idque ipsum etiam summum Imperii Tribunal Spirense invaserit, ut ferè non liceat referre, quod imprudenter nonnulli evomunt, Spiræ lites spirare, nunquam exspirare; Litigantes diu sperare, nunquam aspirare, Ventur. de Valent. *in parth. litig. c. 1. n. 22.* Nil autem, quod lites ad Cameram appellabiles fiant immortales, nec patris, filii imo nepotis termino terminentur, ut testis est Hermann. Vultei. *vol. 1. Consil. Marp. 17. n. 6.* & quod non modo hominum, sed & vivaces corniculorum atque cervorum ætates superent, Petrus Frider. *lib. 2. de mand. judic. c. 13. sect. 15.* & ad minimum ultra seculi spatium durent Frideric. Pruckman. *cons. 16. n. 47.* ut vere videatur homines esse mortales, lites immortales, aliud in causa sit, quam multitudo litium, quæ quovis momento ad Nobilissimum & supremum hoc judicium devolvuntur, ut itaq; litium diuturnitas supremo huic judicio imputari nequeat, sed potius litigantibus ipsis, quorum ingenia plerumque sunt heteroclita & ab amicabili compositione alienissima, qui tantillum de jure suo remittere, ac lites fugere ignominiosum sibi fingunt, & potius in ore semper habent commune litigantium dicterium, Ich will jhne schon müd machen/quo unus alterum quasi consumit Guicciard. *polit. hypom.* 68 Petrus Frid. *de cont. causs. lib. 3. cap. 2. n. 1.* Adam Keller. *lib. 2. de off. jurid. polit. c. 7.* ad animum non revocantes, quod litigantes similes sint Chymistis, qui laboriose quærunt lapidem, donec omnia dilapidaverint: Ita enim & litigantes & se & opes conterunt, donec tristissimum litis eventum experiantur, & Chymistarum præmium, nimirum extremam paupertatem sentiant, *l. quod debetur. ff. de pecul.*

Andreas

Andreas Knich *in comment. ad jus Saxon. c.3. fol.260.* Hering. *de fidejuss. c.1. n.25.* Nunquam ſiquidem ſine pecunia litigari poteſt *l. cum quem 79. ff. de judic. arg. l. alias 18. ff. de jurej. l. 22. C. Mand.* Herman. Latheran. *de cenſib. c.5. n.39.* Nec etiam vulgatum illud: *Leges neminem in paupertate vivere, nec in anxietate mori permittunt, Nov. 1. cap. ult.* ipſis litigantibus, ſed potius Adſeſſoribus Advocatis & Procuratoribus dictum cenſetur Chriſtian. Chemnitz. *in diſcurſ. Iurid. Polit. cap.5. n.106.* quorum marſupia creſcunt, litigantium corrumpuntur, quia corruptio unius, eſt generatio alterius, ut jocoſe dicit Carpz. *Iurispr. for. p.1. conſt.1. def.7. n.7.* Ut itaque huic malo obviam eatur, & remedium quæratur, ut ad minimum talia incommoda litigantes, non ob minimam forte ſummam ſubirent, cum muliebre certe ſit, litigare de re minuta, ac mereantur temerarii tales litigatores à judicio repelli, & pœna arbitraria coerceri, quo cæteri, qui non aliam vivendi cauſam habere velle videantur, niſi ut litigent, tandem abſtineant Hermann. Latheran. *de cenſib. lib. 2. cap. 5. n. 4.* Qualiter contra opifices quosdam, qui de Gallo Gallinaceo litigantes, multum temporis atque pecuniæ conſumpſerant, teſtes producentes, reproducentes, atteſtata teſtium diſputantes, uſq; dum plauſtra actorum confecta fuerunt, judicatum meminit laudatus Carpzov. *in Iurisp. Forenſ. p.1. conſt. 1. defin.9. n.14.* Imperatores & Status Imperii non tantum certam ſummam ſtatuerunt, infra quam non liceat ad ſupremum Cameræ judicium lites devolvere, ſed etiam cum illa ſumma primitus conſtituta, ad frenandam litigantium libidinem non ſufficeret, illam aliquoties auxerunt, donec tandem in hoc Noviſſim. Imp. Receſs. uſque ad 400. Thaleros Imperiales adaucta fuerit, ut in præcedenti diſputatione noſtra *in th. 21.* ſufficienter deſcripſimus. Ne tamen ex uno extremo oriatur alterum, ita ut præcluſa via appellationis infra tam magnam ſummam, accidat ut etiam vir bonus, & qui lites alias fugit, ac potius jus ſuum tueri, quam lites protrahere intendit, per ſententiam læſus omni deſtituatur remedio, quo jus ſuum ſalvare, & contra læſionem ſibi conſulere poſſit; Ideò Imperatores ſtatusque Imperii non tantum in Receſſu Deputat. de Anno 1600. §. Wiewohl nun auch in dem Speyriſchen Abſchied/cum

in eo summa appellabilis ad 300. fl. aucta fuisset, statim subjicerunt, §. Dieweil aber hiebey die höchste Nothdurfft erfordert rc. quo disponitur & jubetur, ut omnia judicia inferiora & superiora, rite & legitime constituantur, & sic litigantibus omnis quærendi caussa præcidatur. item § Es soll aber den Unterthanen ohnbenommen seyn rc. in quo salubertimum hoc revisionis remedium læsis conceditur; sed eandem etiam methodum in Novissimo hoc Recessu Imperii observantes §. Vierdtens solle die *summa appellabilis* &c. per quam summa 300. florenorum ad 400. Imperiales adaucta, statim subnectere voluerunt. hunc §. nostrum, ut non tantum §. præcedentem limitarent, sed etiam remedium revisionis nobilissimum tum augerent, tum quoque confirmarent.

III.

Auff den Fall die Sum̃ nicht appellabel) Datur hoc remedium, uti in præcedenti disputione *th.* 7. *& th.* 14. demonstravimus non aliter nisi appellatione, aliisque remediis sententiam reformatoriis cessantibus. Cessat autem appellatio ad Cameram, de qua sc. §. hic noster loquitur, vel ratione personarum, ut videre licet apud Roding. *in Pand. Camer. lib.* 1. *Tit.* 30. *per tot.* Vel ratione caussarum de quo vide eundem Roding. *d. lib.* 1 *Tit.* 31 Vel denique ratione summæ, nisi enim summa sit conformis constitutioni ab Imperatoribus statibusque Imperii factis, appellatio in Camera non admittitur. Roding. *lib.* 1. *Tit.* 20. Est autem juxta novissimum Imperii Recessum summa hæc 400. Imperialium §. Vierdtens solle diese Summa *appellabilis &c.* ita tamen ut excipiantur 1. Statuum Imperii privilegia de non appellando, utpote quæ strictè sunt servanda modo citato Recess. noviss. §. Dritens sollen rc. hinc etiam appellatio in Camera non auditur nisi summa litis privilegio sit conformis Geil. 1. *obs.* 123. Comment Roding. *lib.* 1. *Tit.* 20. quæ verò requirantur ut privilegia statuum in Camera attendantur demonstravi in disp. præc. *th.* 35. 2. si appellantis tota substantia bis mille aureorum non excedit, ei appellare indultum, si ad 300. florenos in capitali se gravatum docuerit Recess. hoc nostro §. Auff daß auch rc. 3. excipiuntur caussæ in quibus de Jurisdictione quibus & servitutibus lis est Ord. Camer. *p.* 2. *tit.* 28. 4. res quarum æstimatio pro cuiuslibet affectio-

affectione incerta est, Ord. Cam *dict. loc.* Geil. 1. *observ.* 123. An autem interesse vel pensiones cum sorte adhuc computari possint ut summa fiat appellabilis docet Roding. *in Pand. Camer. lib.* 1. *Tit.* 20. Si verò inter partes litigantes contendatur an summa sit appellabilis nec ne, & qualitate sortis Judici inferiori vel Cameræ non constet, Judex inferior appellationem non deferre, vel Camera eam recipere tenetur, nisi appellans jurato asseret, æquiore animo se tanta pecunia cariturum, quam destiturum de lite Ordin. Cam. *p.* 2. *tit.* 28. §. Und sonderlich setzen 2c. *vers.* so dann der Richter. De eo quod in cognoscenda summa observandum vide Roding. *lib.* 1. *Tit.* 20. Adde quæ in disput. præced. in explicatione verborum, Da sie unter benandter Summa der 300. Reichsgulden davon nicht *appellirt* werden mag 2c. diximus.

IV.

Und den effectum devolutivum,) Habet appellatio duos effectus devolutivum, *l.* 1. *& t.* 1. *ff. & C. de appellation.* & suspensivum, *l. un. ff. nil. novand. appell interp.* Clariss. Dn. Struv. *in Syntagmat. jur. Civ. exer.* 50. *th.* 15. Bend. *in tract. de Revision. concl.* 35. *n.* 2. Et quidem appellatio à definitiva, vel etiam interlocutoria vim tamen definitivæ habente, caussam statim ad judicem appellationis devolvit, ac manus judici à quo ligat, ut ulterius ad aliquem actum in illa caussa procedere non valeat, *l. appellatione* 3. *C. de appellat. C. non solum in pr. eod. tit. in sexto. l. un in pr. nil novand. appell. interp.* etiam sine ulla inhibitione Maranth. *de appell. n.* 160. *&* 162. At in appellatione ab interlocutoria simplici secus esse testatur idem Maranth. *dict. loc. n.* 161. Hæc enim non statim caussam ad superiorem devolvit, ut judici priori manus liget, quo minus ulterius procedere possit usque dum ipsi à judice appellationis inhibitum fuerit, *text. in dict. cap. non solum in fin. de appell. in sexto.* Bart. *in l. eius qui n.* 5. *ff. de appell recip.* Inhibere autem non debet judex nisi prius appellatione recepta, velut emissà ex caussa probabili, quæ probata legitime reputaretur, C *ut debitus X. de appellat.* de caussa huiusmodi an sit vera, nec ne, uti loquitur Pontifex, *in C. Romana* §. *quod si obiiciatur de appell. in sexto.* & an per appellationem ex caussa probabili emissam, negotium ad se devolutum sit cognoscere incipiat, *dict. cap. non solum in fin.* Quamdiu

 enim

enim cognoſcit an appellatio ſit recipienda, an cauſſa ſit devoluta inhibitioni locus non eſt, Gail. 1. *Obſ.*144. *n.*3. Mynſing. *cent.* 5. *obſerv.*87. Quicquid autem poſt eiusmodi inhibitionem, innovatum fuerit, licet cauſſa non ſit vera, per eandem appellationis judicem ante omnia in ſtatum priſtinum eſt reducendum, *dict. c. non ſolum in fin* Bend. *de reviſ. concl.*20. *n* 6. Adde quæ dixit Weſenbec. *ad tit. ff. nil novan. appell. interp.* Hinc etiam patet, quod ſi Judex inferior interpoſita appellatione quid innovaverit, quod per id Judicis ad quem per appellationem cauſſa devoluta eſt, lædere videatur autoritatem & honorem, Perez. *in C. de appellat. n.* 44. Unde Judex ſuperior ex officio poteſt imo debet attentata revocare, etiam parte non petente modo laudatus Perez *dict. loc. n* 45. Hæc autem omnia ita procedunt, ſi tam ab actore quam reo ad unum eundemque Judicem provocatum eſt, ſed quid juris ſi uterque ad diverſos provocaverit Judices? Huius quæſtionis uſus exiſtit in jure Pontificio, quo etiam immediate appellari poteſt ſummus Pontifex, ſi itaque accideret, ut unus litigantium provocet ad ſummum Pontificem, alter vero ad judicem appellationis ordinarium, potiorem eſſe provocantem ad ſummum Pontificem defendit Zœſ. *ad ff. ad tit. de appell. n.*13. *idq. authoritate c.* 7. *X. eodem tit.* Concurrunt autem regulariter hi duo effectus in appellatione, ita ut devolutivus procreet ſuſpenſivum, nam per id quod cauſſa ad alium devolvitur, ceſſare incipit Jurisdictio prioris Judicis, & conſequenter executio ſententiæ ab eo latę ſuſpenditur, donec per Judicem appellationis conſtet, an juſta an vero iniuſta ſit ea ſententia. Dico autem regulariter, nam & caſus dantur, in quibus appellatio effectum tantum habet devolutivum, de quibus vide Hunn. *Encycl.* 1.5.7. imprimis autem hoc procedit in poſſeſſorio ordinario, ubi quidem Dd. appellationem admittunt, ſed tantum quoad effectum devolutivum, non vero ſuſpenſivum, Rauchb. 2. *q.* 6. *n.* 6. Mynſing. 6. *obſerv.* 13. *n.* 1. dict. Hunn. 2.23.50. Carpz. *Iurisp. Forenſ. d.*1. *conſt.*19. *def.*24. Clariſs. Dn. Struv. *in Syntagm. jur. civil. exerc.*50. *th.*4. C.I.A. *lib.* 40. *tit.* 5. *th.* 4. *n.*1. Quoniam vero in Camera ut devolvatur cauſſa requiritur 1. ut provocatio fiat gradatim, ita ut ſi intra judicem, ſit aliquis intermedius & Judice Cameræ proximior, is non prætereatur,

Ordin.

Ordin. Camer. *p.2. tit. 29. in pr.* ubi appellationibus ad Cameram interdicitur, quæ gradatim non fiunt, omnia enim & singula imperii membra judiciis suis ordinariis relinquenda, præterquam in caussis sua natura ad Cameram pertinentibus, Ordin. Cam. *p. 1. tit. 2.* Alterum est certa pecuniæ summa de qua vide *th. preced.* pulchrè itaque in hoc §. nostro coniunguntur hæc verba: Wo die Sum nicht appellabel, und den effectum devolutivum an das Cammergericht nicht gehaben könde;

V.

An da Cammergericht nicht gehaben könde) Camera propriè significat fornicem, sive testudinem, ædificii, aut locum quemvis Cameratum, sed tropicè sæpius accipitur, per synecdochen partis, pro toto ædificio vel conclavi Camerato. Roding. *in p. ind. Cameral. lib. 1. tit. 2. p. m. 2.* Besold. *in thes. pract. v.* Cammergericht. Deinde, quemadmodum per synecdochen generis, accipitur pro loco, Principis ærario destinato, *secund. Feudist. ad C. de pace tenenda §. si quis vero* & ad illam feudi speciem, quam vulgo de Camera appellant. vid. Dn. Ludvv. *in synopsi jur. feud. c. 4. p. m.* 130. Ita per metonymiam subiecti, pro quacunque re, ad commodum Imperii pertinente accipitur, teste Alexand. de Imol. *ad Rubricam C. de Iur. Fisc.* & Hening. Goden. *cons. 86. n.* 101. Demiq. per metonymiam subiecti, pro Judicio in Camera Imperiali constituto, vel pro corpore illo, cœtuque & consessu Judicum Cameræ vel personarum Cameralis collegii usurpatur dict. Roding. *Comm. d. l. p. 3.* Plura qui desiderat, evolvat Lymneum *in Iur. pub. lib. 9. n. 1. & 2.* qui testatur, Cameræ vocabulum magnæ dignitatis apud maiores nostros fuisse, *dict. n. 1.* Causa autem instituendi hoc Cameræ Judicium fuit, quod olim in Imperio nostro litigaturi, Imperatorem eiusque Curiam, den Reichs-Hoffrath/ magnis sumptibus atque dispendiis sequi cogebantur, atque præterea vel propter controversiarum grande chaos, vel bellicis atque aliis negotiis irretitus Imperator, cunctis superesse nec ipse nec per Consiliarios quidem commode posset, huic malo medicina posita atque Judicium generale, nomine Cameræ institutum, ut esset supremum Justitiæ domicilium, singulare Imperii Civium refugium, atq; adeo extremum juris asylum, das oberste

und letzte Bericht. Reichs-Abschied zu Augspurg. *Anno* 1530. §. Dieweil nun unser. *Sæpius laudatißimè citatus* Dn. Limnæus, *in Iur. pub. lib.* 9. *c.* 2. *n.* 3. Matth. Stephani 2. *de Iurisdict.* 1. *c.* 3. *n.* 4. Et quidem ab Imp. Maximiliano I. Augusto & Cæsre laudatissimo, communi Statuum consensu in Comitiis Wormatiæ celebratis institutum *Anno Christi Salvatoris nostri* 1495. 7. *August. Confer. Receß. Imp. Wormat. Anno* 1495. *in fin.* prima audientia Judicialis, Francofurti ad Mœnum, urbe Imperiali liberâ, celebrata est, ultimo Octobr. & 3. Novemb. dict. An. ut testatur Geil. *lib.* 2. *de pac. pub. cap.* 1. *n.* 28. Nicol. Cisnerus *ad tit.* 2 *Ordin. Cameral* Speidel. *in notab v.* Cammergericht Ubi notandum 1. Sedem huic Judicio primùm Francofurti ad Mœnum adsignatam, sed tamen momentaneam tantùm eo in loco fuisse: Uti etiam certam & fixam ex conventione statuum non habuit; cum indefinita tantùm hæc Maximiliani I. Imp. provisio erat, ut loco haberetur commodo. Ordnung deß Cammergerichts zu Wormbs *Anno* 1495. *tit.* Wo das Cammergericht gehalten werden soll. Hinc judicium hoc à primis suis initiis variis fuit expositum locorum mutationibus, vix enim per biennium Francofurti constitit cum Wormatiam transferreretur: inde Norinbergam, Ratisbonam, rursum Wormatiam, Norinbergam, Eslingam, & denique Spiram Rod. *p.* 5. Postea eodem anno Maximilianus Imp. in se recepit, certum & fixum Cameræ constituere locum, à quo transferri citra prægnantes rationes, & statuum consensum in posterum non posset? Handlung deß Friedens *Anno* 1495. zu Wormbs auffgericht. *tit* das Cammergericht an einem steten Ende zuhalten. Verum postquam nec hoc effectui datum fuisset, demum in Comitiis Augustanis, statuum consensu ordinatum, ut Camera stataria esset Spiræ. Das Cammergericht soll stets zu Speyer seyn und gehalten: und sonst nirgend anderst wohin verändert werden / es beschehe dann mit Keyserl. Majest. auch Churfürsten / Fürsten und Ständen wissen und willen / Reichs-Abschied zu Augspurg. *Anno* 1130. §. Darzu meinen und wollen wir. Repetitum hoc item fuit in Ordin. Camer. *Anno* 1555. *part.* 2. *tit.* 34. Ut hodie Regula sit: Cameræ Imperialis sedem perpetuam Spiræ esse. Et hoc merito & propter causas gravissimas ita factum, quippe sæpius accidit, ut viri præstantissimi re-

tulerent officia in Camera Imperiali, ut suscepta abdicarent, quod sedem certam atq; constantem non haberent: Unde factum est, ut multi minus idonei, necessitate ita ferente, admissi fuerint, Ord.Cam.*p.2.tit.34.in pr.* Sed tamen Spiræ si commodè atque tuto exerceri nequeat, forsan ob pestem ingruentem, bellumve imminens, Imperatoris atque Principum Imperii venia & consensu impetrato, advocatisque & procuratoribus in consilium adhibitis, Judici & adsessoribus Judicium Camerale in locum aliquem tutiorem transferre, aut ad tempus intermittere licebit, donec translationis causa & periculum, Judicii exercitium liberum impediens, cessaverit. Ord. Cam.*p.2.tit.34.Receß. Imper. Spiræ Anno 70.* §.104. *verf.* Wann und wohin. *Receß. Deput. Imp. Francofurt. Anno 77. Memor. visit. Anno 56.* §.Vnd dieweil. *Receß. Imp. Anno 94.* §.Was sonsten zu unterschiedlichen. Adde Limnæum *in Iur. pub. qui lib.9. cap.2.n.8.* circumstantialiter hanc rem describit. Sæpe etiam in publicis conventibus & quidem novissime in Dieta Monasteriensi de eius translatione forte in locum Imperii securiorem & direptione militari non ita obvium, vel circulis inferioribus magis vicinum, deliberatum fuit. *Inst. Pacis Cæsar. Suec. tit 5. §. præterea cum ob enatas.* 201 Hactenus tamen cum consultatio hæc utpote difficultatibus involuta ultimam manum adhuc desiderat, de quo *Receß. Imp. de Anno* 1654. §. Als auch bey dem allgemeinen.167.*sic habet.* Vnd haben Jhro Keyserl. Majest. sampt Churfürsten und Ständen/ nach reiffer wolbedachter überleg und Berathschlagung der Sachen berührte translation noch zur Zeit nicht thunlich befunden. 2. Notandum, quod etiam ante annum 1495. aliquando exercitum fuerit judicium sub nomine deß Keyserl. Cammergerichts/ sed hoc non semper tunc patuit, nec continuè sed certis & statis tantummodo temporibus, plerunque in Comitiis fuit celebratum, teste Bartio *Tom.1.sententia Camerali in præfat. verf. ne autem* Roding. *in pandect. Cam. l.1. tit.2. p.4.* Thom.Michael.*de Iurisdict.conclus.*34. De Jurisdictione hujus Judicii controvertitur: An sit ordinaria, an delegata? & quamvis sint, qui delegatam eam esse opinentur, eo quod Imperatoris sigillo utatur, attamen ordinariam esse, communior est opinio, test.Rod.*in P.C.lib.1.tit.3.* Quod & Geil.*lib.1.obs.41.n.5.*

 appro-

approbat, subdens rationem, quod Camera illam habeat ab Imperatore & Imperii statibus, & ordinatione, quæ vim legis obtinet. Adstipulantur porro huic nostræ sententiæ Jurisdictionem Cameræ ordinariam esse, Mynsig. *cons.24. n.1. & 2.* Idem *cons.49. n.4.5.* Matth Steph. *de Iurisdict. lib.2. p.1. c.3. n 27.* Paurm. *de Iurisd. lib. 2. c.6. n.31.* Bend. *de revis. consil. 4. n. 3.* Reink. *de reg. sec. & Eccl. lib 2. c.14. n.7.* Rationibus autem potissimum sequentibus laudati nituntur authores, 1. Quod ordinatione Imperii, quæ legis vim obtinet Jurisd. nacta sit. Geil. *d. l.* 2. Quod recusari non possit, Geil. *1. obs. 33. n. 1.* Quod Judicum ordinariorum proprium est. *l. nemo. 4. C. de Iurisd. Omn. Iud. Nov. 86. c.2. Auth. Si vero contigerit C. de Iudic. l. apertissimi. C. eod.* 3. Quod morte Imperatoris non exspiret vel sit in suspenso, ita ut citra vicariorum Imperii confirmationem, munus suum in justitiæ administratione obire nequeat. quod egregie discussum repenes. *Tom. 1. cons.* Caspar. Glock. *cons. 3.* à Thom. Michaelis & apud Besold. *in Thes. pract. v.* Cammergericht. In praxi temporibus nostris hoc constitit, post obitum Ferdinandi III. nunquam satis laudatæ memoriæ Imperatoris, & hujus nostri §. promulgatoris, sede Imperatoria vacante, Camerale hoc judicium celebrâsse, & processus decrevisse, antequam à Serenissimis vicariis quicquam notificaretur, teste Comment. Rod. *l. 1. c. 3.* Ordinariæ autem Jurisdictionis hoc signum est, morte concedentis non extingui. Jason. & Dd. *in L. Morte. ff. de Iurisdict.* 4. Quod Imperator causas in Camera proponi vel diiudicari cœptas, atque ita lites inibi pendentes, neque motu proprio, neque ad partis instantiam avocare aut ad se trahere possit. Ord. Cam. *part. 2. tit. 53.* Geil. *observ. 41. n. 3.* Besold. *d. l.* Limn. *9. Iur. Publ. 2. in C.* Mund. *tr. de mun. & honor. c. 2. n. 90.* Jurisdictio enim Cameræ impedienda non est, sed potius eius potestas ac libertas conservanda. Neque hoc immeritò, Imperator enim per modum contractus in ordinationem Cameræ consensit, ideoque ad eius observantiam obligatur, etiam de Jure communi. *Doct. commun. in L. digna vox. C. de LL.* Hocque etiam provisum *in instrum. pac. art. 5. §. ult. & hoc nostro recess. §.* Ebenmässig 60. *Item in capitulationibus Cæsaren Ferdinandi III. §.* Und insonderheit. 27. *& moderni invictissimi Imper. Leopoldi. §.* Ob auch einiger Churfürst 26. Ita ut hodie causas

avo-

vocare, vel alia via, cursum Justitiæ Cameralis impedire Imperatores juramento prohibeantur, duo hac de re præiudicia annotavit, Comment Roding. *lib. 1. tit. 3.* ubi etiam docet, quid in camera fieri soleat, si quid huic adversum partes vel aula Cæsaris moliantur. Pugnantium Dd. rationes qui desiderat, evolvat Limn. *in d. Iur. publ. lib. 9. cap. 2. n. 57. cum seqq.* Sed satis de explicatione huius vocabuli properandum ad alia.

VI.

Daß alsdann der Parten ordentliche Obrigkeit) Indigitatur per hæc verba Judex à quo peti debet revesio, quis autem hic judex propriè sit, cum in disputatione præcedenti satis, ut puto, explicatum sit, ideoque benevolum Lectorem ne in fastidium eius ibi dicta repetantur ad *th.* 28. dict. disput. remittimus.

VII.

Auff derselben gebührendes ansuchen und begehren) Declarant hæc verba modum concedendæ revisionis, quod nimirum fieri debeat ad instantiam & petitionem partium; ad ulteriorem autem horum verborum explicationem, *adde ea, quæ in præcedenti disput in thes. 27. diximus.*

VIII.

Die vollkommene acta) Agitur in hisce verbis de obiecto quid nimirum veniat revidendum, revidenda autē sunt acta coram priore judice à partibus ventilata, quæ jubentur ad revisionem transmitti. Sunt autem acta in priori judicio ventilata edenda integra, quod & in appellationibus obtinere patet, ex Ord. Camer, *p. 2. tit. 31.* §. Dieweil auch. & §. Würde sich. & non tantùm mandata Procuratoria illis inserenda, *loc. cit.* sed etiam omnia quæ vel ante sententiam, vel simul posteave exhibita decreta, gestave fuerint, Reichs-Abschied. *de Anno* 70. §. in den *Appellations* Sachen. Hinc etiam Judici incumbit diem, imo etiam horam, si fieri potest, qua sententia publicata aliorumque gestorum distinctè, atque clare assignare. Ord. Camer. *dict. tit.* 31. §. Und nach dem. Et si lingua Gallica litigatum fuerit, acta ex lingua Gallica in Latinam transferenda esse puto. *authoritate Ordinationis Cameræ. p. 2. tit. 31.* §. Nach dem auch. Acta autem ne liti-

gatores maioribus sumptibus fatigentur in charta non membrana transscribenda sunt, *secund. dict. tit, Ordin. Camer.* §. Weiter.

IX.

Vermög deß Reichs-Deputations Abschied. de Anno 1600.) Hæc verba sunt intelligenda de §. huius Recessus Es soll aber den Unterthanen. in præcedenti disputatione explicato, ita ut sensus horum verborum sit, quod Judices in causa non appellabili & ubi effectus devolutivus ad Cameram cessat, obstricti sint vigore huius Recessus deputationis, de Anno 1600. ad actorum revisionem à non suspectis Jure Consultis, vel eorum transmissionem ad Collegium JCtorum, non verò intelligenda vel trahenda sunt ad requisitionem & editionem actorum, de qua in eodem hoc Recessu, in §. Ob auch die documenta requisitionis. cum seqq. agitur, cum talis modus requisitionis actorum in Revisione non procedat, nam potius petitio revisionis includit actorum petitionem, quod *secund. th. 7. huius disputationis & thes. 23. disput. præced.* per viam supplicationis fieri debet.

X.

Auff deren zuvor mit Zuziehung und in gegenwart beederseits Parteyen / oder dero Gewalthaber fürgehende inrotulation.) Rotulatio est dictio barbara, sed tamen à Latino Rota, (rotula i.e. parva rota à rotunditate sic dicta) non ineptè deducitur & derivatur: Ex quo postea ab Advocatis nomen rotulus est confictum, quo denotatur chartæ in formam & figuram Cylindri oblongam complicatæ: Germanice ein Rolle. Quo nomine acta Judicii, hunc in modum, quod sæpius adhuc Actuarii etiam nostri temporis observant, vel aliter compactæ, rotuli solent vocari, unde verbum finxerunt rotulare, & in rotulare, hoc est, acta omnia in causa hac, quæ ad revisionem transmitti debet, producta, apte convolvere, vel aliter in unum volumen compingere. Unde rotulatio vel inrotulatio descendit. Collectionem ad hanc transmissionem præparat Actuarius Judicii, quando illa ex scriniis suis profert, ad unum omnia, prout sunt ordine temporis à partibus producta, ut non tantum oculis partium & qui his consilio adstant, sed etiam manibus comprehendi & perlustrari pos-

possint. Et quidem hoc fine, ut partes vel ipsorum Procuratores praesentes acta sua, quæ domi. hac in caussa collecta habent & secum adportare solent, cum Actis Judicialibus ab Actuario exhibitis conferant, & collata atque diligenter perlustrata post in rotulum colligi faciant, advertentes curiosè, cum ut omnia & integra sine ullo defectu includantur, tum ut & hoc prospiciatur, ne quid vel ante irrepserit chartæ, vel jam insinuatum in ipso rotulationis momento ab alterutra parte vel aliunde clanculum sit insertum, quod altera non viderit multo minus refutarit, tum denique nec parti cuiquam vel cuivis alii post conclusionem vel in ipso rotulationis actu quidquam ultra produxisse liceat. Et quamvis hoc modo rotulo confecto nihil amplius desiderari soleat: quia tamen plena rimarum & suspicionum sunt omnia, & sæpè quisquam vel à Judice vel ab ipsius actuario sibi metuit, si illos sibi habeat infestos, ne partibus absentibus, antequam rotulus absportetur, aliquid vel ex illo subtrahatur, vel illi insinuetur clanculum, optima ratione tamen & hoc servari solet, ut statim rotulus in partium præsentia obsignetur, non tantum Judicis, sed etiam partium sigillis. Licet enim Judices vel actuarii morosi hoc ita interpretari soleant, quasi partes ipsos de falsi crimine suspectos habeant: quisquis tamen est inter hos vir bonus, & omnem à se removere vult suspicionem, is hoc non tantum ægrè non fert, sed ultro partibus obsignandi facultatem offert. Si tamen partium utraque vel alterutra citati, se, quod comparere sibi non liceat, vel non libeat, excusent & Judicis fidei rotulationem atque transmissionem committunt: Sie wollen in den Richter kein mißtrauen setzen/ er möchte mit der Verschickung rechtmässiger weiß verfahren. Tunc rotulatio nihilominus rectè cum requisitis suis omnibus ipsis absentibus procedere potest & debet. Sunt tamen partes de necessitate citandi, cum alias transmissio sit ipso jure nulla, quia pro partium est commodo introducta, & illarum interest plurimum, ut huic negotio interesse possent ipsæmet Schrad. *de feud. par.* 10. *sect.* 14. *n.* 19. Berlich. *p.* 1. *concl. practic. c.* 42. *n.* 15. Hinc non tantum in hoc nostro §. expresse requiritur, ut inrotulatio partibus vel eorum Advocatis præsentibus fiat, sed etiam ut idem quoque

in appellationibus ad Cameram observetur. §. So dann sollen die *acta priora*. satis apparet, ubi non tantum maximopere præcipitur, ut acta præsentibus partibus inrotulati & obsignati edi debeant, sed etiam eo casu quo judex acta aperta vel ediderit vel pars sic acceperit pœna arbitraria in transgressores statuta sit his verbis: Und da hierwider gehandelt / und die acta priora hinführter offen und ohnbeschlossen edirt, und von der Partey solcher gestalt angenommen und producirt würde der Richter a quo nicht weniger als die Partey/ die sie also angenommen / und in Gericht produciren lassen/ ex arbitrio judicis gestraffet werden.

XI.

Ohne neben seytige recommendation.) Cum Collegium Juridicum à quo petitur revisio actorum compelletur per epistolam, quæ vel generalis est, quæ quod acta & ex iis actis lata sententia collegio transmittantur, & inter quas partes hoc factum breviter commemorat, rogans ut acta revideantur & ponderentur, an sententia sit Juri & actis conformis, nec ne, ut vel ab iis confirmetur vel reformetur. Vel specialis seu singularis, & est qua Judex vel partes aliquid in specie à Collegio Juridico quod vel actis perspicue insertum non sit animadverti, vel in casu plurimum controverso capitum hoc vel illud præ cæteris attendi petit: quia autem res hæc periculosa nimis est, unde potius acta ut à partibus sunt producta, sine eiusmodi additionibus, sunt amandanda, probante hoc Schrad. *d. l. n.* 34. & etiam claris verbis præcipiente hoc nostro §. Ut itaque concludendum puto si acta, ad Collegium Juridicum transmittantur & Collegium talem Epistolam specialem cum eiusmodi actis accipiat Collegium Juridicum obstrictum esse eiusmodi acta vel remittere, vel ad minimum in revisione eiusmodi additiones non attendere, sed acta prout à partibus sunt producta revidere debere.

XII.

Durch gewisse ohnparteyische Rechtsgelehrte revidiren.) Agitur in hisce & nonnullis subsequentibus verbis de revisoribus actorum seu personis quæ acta revidere, vel quibus acta ad revidendum transmitti debent, & quidem 1. loco ponuntur JCti, quis-

quisnam verò dicendus sit JCtus non omnibus constat Beringarius Ferrand. *in l. pacta conventa. n. 32. & 33. ff. de contrah. emt.* arbitratur nec Bartolum, nec Baldum Castrensem, nec reliquos JCtos nominandos, sed bene refutatur à Pruckmanno *ad §. soluta. cap. 1. n. 9. & seqq.* Costalius eum JCtum rectè nominari dicit, qui veterum Practicorum doctrinis recentiorum quoque scripta adhibet Pruckm. *dict. tract. n. 13.* Sed hæc seu definitio seu descriptio non omnibus arridet, teste Limn. *in Iur. publ. L. 7. c. 4. n. 4.* nobis placet illa descriptio quæ colligi potest. *& §. 1. & l. 1. ff. de I. & I.* Italis & Feudorum Dd. pro hac voce placuit nomen sapientis unde frequens est apud ipsos mentio collegii sapientum, sed secundum nonnullos perperá. Licet enim JCtus nemo queat esse, nisi sit idem sapiens: cum ex sapientia h. e. theoria præceptorum Juris eorundemque scientia vel notitia dependeat de jure Consultatio h. e. praxis & usus forensis, quia tamen summus Jurisprudentiæ præfixus & ultimus finis in praxi, h. e. justitia recte administranda consistit: in qua ut universalia sapientiæ juris præcepta ad singularia fori negotia applicentur prudentia fere paginam utramque faciat. Hinc etiam Justinianus ipsemet in *§. responsa. Inst. de I. N. G. & C.* utitur vocabulo prudentum. Horum autem authoritatem maximam nonnullis temporibus fuisse, colligere licet tam ex epithetis ipsis in jure attributis, ita ut amici & Patres Principis appellentur, *l. 17. ff. de iur. Patron. l. 4. C. de contrah. stipul. §. 4. Inst. quib. mod. patr. potest. solvit.* Nobilissimi *L. 7. C. de post.* Maximum decus *proœm. ff. circ. fin.* Illustres *rub. de viris Illustr.* Celsi & honorati *l. 2. & 3. C. de off. divers. Iudicum* Præceptores & Sacerdotes *l. 32. ff. de damno infecto. l. 1. § 1. ff. de I. & I.* Patres juris. *L. 1. C. de excus. artif.* quibus janua Imperialis semper pateat, *dict. l. 3. de off. div. judic.* Et passim in jure Excelsi, Gloriosi, Magnifici, Splendidissimi, Clarissimi, Prudentissimi, Inclutæ recordationis, Optimæque memoriæ vocati fuerint; Ut etiam Lucius Crassus domum JCti totius civitatis oraculum appellare non dubitavit, *apud Cic. lib. 3. de orat.* Sed etiam ex validitate responsorum ab ipsis datorum, à quibus nimirum Judici recedere non licuit, *§. Responsa. 8. Inst. de Iur. Natur. Gent. & Civil.* Tanta autem hæc JCtorum authoritas tempore subinde suppressa & fere emortua est,

non

non tantum occidente à Gotis occupato, sed & Gotis & Longobardis devictis recuperato, donec Jure Romano ab Irnerio Juris consulto authoritate Lotharii Imperatoris occidenti restituto, huc usque Dd. responsa non necessariam, sed probabilem rationem juris habuerunt in illum effectum, ut qui duo responsa pro se adducit, probabilem litigandi causam habere dicatur, ut si forte cadat caussa ab expensis liberetur, Bald. & Salic. *in l. juris C. qui admitt. in bon. poss.* Frantz. *ad tit. de orig. jur. n. ult. Ampliss. ICtus* Struv. *in synt. jur. civ. exercit. 2. th. 17.* Sitm. *in Spec. Imp. Rom. cap. 21. n. 9. & in nucl. Inst. p. m. 56.* Clariss. Dn. Locam. *q. Inst. 11. inductus ab Ampl. Dn.* Bic. *in Aur. in prael. n. 38. prop. fin.* de communi Dd. opinione, quod etiam nec hodie ab ea recedere liceat, nisi erroris manifeste convinci possit. Sed annon hodie per constitutionem Criminalem Carolinam ubi plurimis in locis (quae allegata reperies *in disp. priori th. 9.*) Judici ut consulat JCtos, injungitur, sed etiam per hunc nostrum §. ad priorem vel etiam maiorem dignitatem authoritas JCtorum evecta sit aliis inquirendum relinquo cum mihi jam properandum ad alia hoc tandem addens; quod licet ab antiquis illis JCtis judex non tantum recedere, non potuerit, sed etiam à nonnullis verbi gratia Papiano teste Rittersh. *ad Nov. p. 10. c. 1. n. 10.* nec provocare licuerit, tamen hodiernis Jureconsultis concedatur etiam sententias jam à judicibus latas in revisione actorum reformare & corrigere.

XIII.

Oder auff ohnparteyische Universität) Est haec locutio synecdochica totius pro parte, cum non toti Universitati, sed tantummodo Facultati Juridicae, tanquam eius parti acta transmittantur, *ut in superiori disp. in th. 33. demonstravimus.* Cur autem Academia vocetur Universitas contrariis votis inter se disputant Politici, ut videre licet apud Limneum *Iur. publ. lib. 8. cap 1. n. 11. & seqq.* Et quidem Facultatem Juridicam ad dandum responsum legitime consulti sive interrogati sese obligatos & sine recusatione paratos praestare debere, statuit Henning. Renneman. *de transmiss. actor. ad Colleg. Iurisp. cap. 2. n. 7.* nisi justa suspicionis causa aliter suadeat, quod etiam praeter alias notas suspicionis causas fieri puto, si vel omnes de Collegio vel maior pars, vel

etiam

etiam unus aliquis, ita tamen ut sine eius Persona Collegium consistere nequeat, sint à Judice vel a partibus iniustè offensi nec reconciliati, quamvis enim viri boni suis affectibus frenos iniicere possint ac debeant ut sine amoris vel odii persuasionibus mente non mota judicare queant, quia tamen difficillimum hoc est, & humanitus præsertim si offensæ sint nimis atroces ut fiat vix credibile, quia item suspicionis hac tela tenacius inhærentia illorum, quorum interest animis evelli difficulter possunt: & virum bonum decet non tantum à delicto, sed etiam à delicti suspicione, vel minima si fieri potest immunem esse: idcirco rectius sibi consultum ibunt illi prudentes quorum collegium vel ex toto vel ex parte offensum, si manus & sensus ab hisce causis sibi magnam suspicionem & fortè ulteriorem offensam ingerentibus, ne forte responsa dent, abstinebunt. Sed an etiam illa Facultas Juridica dicenda suspecta, quæ vel uni ex partibus dedit, vel consilium vel responsum, vel etiam ad requisitionem judicis responsum solenne? quod omninò affirmandum, & ut observetur longè æquissimum puto, ne quod in appellationibus prohibetur, quod nimirum ab eodem ad eundem non procedat, in revisione concedatur, si acta ad illud Collegium vel Facultatem transmitterentur, cuius responsum movit judicem ad proferendam talem sententiam. Quamvis enim religiosus & bonus judex, si ante forsan male informatus, male responderit: ex actis postmodum melius edoctus rectius respondere debet, quia tamen non omnes JCti sunt Papiniani non rarò fit ut quo prius modo responsum fuerit consulendo, eodem affectu & præjudicio sint illi obstricti in revisione judicando, adde hisce quæ diximus, *in th. 35. disp. præced.*

XIV.

Oder andereres Collegium Juridicum **zu schicken**) Collegium est coordinatio personarum plurium, quarum officium ad id, quod utilitati publicæ conducit, est directum. Ad cuius substantiam requiruntur ad minimum tres personæ, possunt tamen etiam plures esse, nam præter id quod quotidiana experientia nobis demonstrat plures in justis collegiis reperiri, testis est etiam Menoch, qui testatur in Collegio Juridico Academiæ Pata-

vinæ 20. collegas numerari citatus à Renneman. *supr. dict. loc.* Neque hoc optima caret ratione: Firmius enim reputatur judicium plurium quam unius & magis præsumendum pro consilio totius collegii, quam pro consiliis particularibus, cum facilius inveniatur quod à pluribus quæritur, ut test. Geil. 1. *obser.* 33. *n.* 3. Collegium autem de quo hic noster loquitur §. non alii constituere possunt, quam JCti, in quibus etiam requiritur, ut vel nobilitate generis die Adelich gebornen Stammen und Stands seind/ vel ut loquitur Ordinat. Cam. *p.* 1. *tit.* 1. Auß der Ritterschafft/ vel insignibus Doctoralibus sint conspicui. Hocq; videmus etiam observari in curiis & Dicasteriis, præsertim summis, qualia sunt Lipsiense, Wittebergense, Jenense & Coburgense &c. Et Principum Imperii aliorum, Cammer- und Hoffgerichte. Licitum est itaque revisione petita, vel ad Facultatem seu Collegium Juridicum, quo de inprimis hæc verba, intelligenda vel Scabinatum, vel etiam JCtos certos minimè suspectos, pro voluntate partium & judicis mittere.

XV.

Und dero Rechtliches gutachten darüber zu erfordern schuldig seyn.) Hæc verba dubiam hanc progignunt quæstioné, Utrum decisum quod à Facultate Juridica, JCtis, vel Collegio Juridico post revisioné actorum remittitur, habeat vim sententiæ vel saltem consilii? Quod me attinet habere eiusmodi decretum vim sententiæ eoq; judicem præcisè teneri ad eius observantiam, nec in judicando recedere posse, puto, rationem esse statuo quia intentio huius nostri §. *&* §. *Recessus deputationis in præcedenti disputatione explicati.* Es soll aber den Unterthanen.) Haud dubiè eò collimat, ut in locum appellationis quæratur aliud remedium, quo contra iniquitatem sententiæ læsis subveniatur, sed hoc obtinere non posset si placitum JCtorum, Academiæ vel Collegii Juridici purè se haberet in modum consilii, per *L. in ambiguis. ff. de R. I.* præ primis quia dispositio dictorum §§. in fine restringitur, quoad Privilegia statuum. Ergò debent præsupponi utique termini habiles, in quibus statuum potestas Judicandi quadantenus alieno alligeretur decreto.

XVI. Je

XVI.

Jedoch abermals diese Verordnung den Ständen deß Reichs an Jhren erlangten und hergebrachten privilegiis, Freyheiten/ Landsordnungen / Statuten und sonsten ohne Nachtheil verstanden/ sondern dieselbe in ihren Kräfften gelassen werden.) Horum verborum explicatio sufficienter peti potest, ex *th. 39. disp. praeced.* Cum autem in hac limitatione addantur nonnulla verba, quæ in limitatione §. *Recessus deputationis non habentur*, imprimis autem vocabulum statuti: Mihi verò hæc tractanti sub manus venerit statutum alicuius laudatissimæ Civitatis, ideò, quoniam scio, dubium ortum non diu circa hoc statutum, an nimirum ex eo vi huius limitationis denegari possit revisio? Hinc nonnihil de hoc statuto, tum in honorem laudatissimæ dictæ Civitatis, tum etiam melioris explicationis ergo huius §. dicere mecum constitui. Est autem huius statuti inscriptio & tenor talis.

Daß kein vorgeurtheilte Sach wider für Recht soll gebracht werden:

WJr ordnen und wollen / wo einer den andern vor uns oder unserm Gericht beklagt/ umb was Sach das ist/ wird umb dieselbige Sach ein Endurtheil gesprochen / und nicht davon geappellirt/ dabey soll man es lassen bleiben / beschehe das nicht/ Beklagte/ oder spreche ein Partey der andern darunder anderwerts zu / und erfinde sich daß vormals darumb gesprochen und Urtheil ergangen were. Der Kläger ist darumb verfallen zu Pön 10. fl. und hat er die nicht zu bezahlen / so soll er ein gantz Jahr auß unserer Stadt und Stadtmarck seyn ohne Gnad. Proponamus autem hac de re, ut eò clarior evadat, tres quæstiones, quarum prima erit, quid sit ein vorgeurtheilte Sach? Secundâ an huic statuto quid derogetur, si concedatur revisio? tertia erit, an huic statuto applicari possit limitatio huius §. nostri? Primam quod attinet, intelligo per vocabula ein vorgeurtheilte Sach/ nihil aliud quam litem, de qua judicis sententia constitutum est, seu uno vocabulo rem judicatam, & quidem in propria sua significatione, in qua notatur à C. I. A. *lib. 41. tit. 1. th. 2.* & describitur ibidem *th. 3. ex l. 1. ff. de re jud.*

cuius acceptionis synonima suppedit nobis, *l. 3. C. de fructib. & l it. expens.* ubi vocatur terminatum, transactum negotium, & absolutum dimissumque judicium, hocque cum effectu, ita ut vires rei judicatæ non amplius suspendi possint, seu ut Canonistis loqui placet sententia in rem judicatam transiverit, de qua differentia Juris Civ. & Canon. Consule laudatiss. C.I.A. *dict. l. 41 tit. 1. th. 111.* Et sic accepto vocabulo statutum hoc cum jure communi convenit, & ex eo pulcherrimè explicari potest. Nam & Jure communi rem judicatam qualiter ut nos hic accepimus nec in judicium deduci, nec etiam de tali re sententia ferri potest, ut manifestè docet, *l. 9. C. de sentent. & interl. l. 1. C. quand. pro voc. non est necess.* Rebus enim judicatis standum est, & si malè judicatum sit, *l. 1. C. de re jud. l. 8. C. de sent. & interl. l. 32. ff. de re jud. l. 1. C. de his qui per met. jud. non appell. l. 25. de stat. homin. l. 23. §. 3. de bon. libert. l. 1. pr. quæ sent. sin. appell. rescind. l. 23. §. 3. de cond. indeb. l. 29. §. 5. mand.* Post rem enim judicatam nihil amplius de eadem requiritur, *l. 56. ff. de re jud.* nam cum jam jus fecerit inter partes litigantes, *l. 3. pr. de agnos. & alend. lib. l. 25. de stat. hom. l. pen. ff. de re jud.* merito ei sine contradictione parendum est. *per l. 1 C. de re jud.* Hinc etiam si forte contigeret, ut res judicata in judicium deducta & sententia de ea lata fuerit, talis sententia posterior, nec jure subsistit, nec sententiam priorem invertit. *l. 1. C. quand. prov. non est necess.* Felin. *in C. inter monasterium 20. X. de re jud.* Hartm. Pist. *Obs. 157. num. 10.* Quod autem hæc verba, ein vorgeurtheilte Sach / sic intelligenda sint, ex modo positis facillimè intelligi posse puto, præsertim si rubricæ & hæc verba nigri seu textus jungantur, Wo einer den andern vor uns oder unserm Gericht beklagt / umb was Sach das ist / wird umb dieselbe Sach ein Endurtheil gesprochen / und davon nicht appellirer / dabey soll man es lassen bleiben. Ex quibus nimirum apparet, hoc statutum duo coniunctim seu successivè requirere, 1. Ut sententia sit de causa in judicium deducta lata, & 2. ut ab ea sententia non fuerit appellatum: non igitur hoc statutum prohibet appellationem vel aliud remedium, per quod in veritatem sententiæ inquiritur; sed tantum hoc, ne pars quæ appellationem interponere omisit, & ex alia forsitan causa rem judica-

judicatam rursus in judicium deducere intendit, hoc facere possit, sed potius eius litigandi libido, proposita pœnâ, coerceatur, in quo iterum cum jure communi concurrit, nam & hoc jure, is qui contra salutem Reipublicæ, cui nimirum maximè interest, conservari rerum judicatarum auctoritatem, teste Perez. *in C. ad tit. sentent. rescindi non posse. n.2.* aliquid tentaverit, omninò pœnam meretur, unde & is qui rescriptum Principis contra sententiam à qua non appellavit, impetrare tentat, ultra id quod tale rescriptum nihil operatur per *l.ult. C.d.t. sent. resc. non poss.* etiam ignominiæ pœna notatur. *per l.ult. C.ut lit. pendent.* ut itaque summa vigilantia & singularis cura quam in condendis Statutis inclutus Senatus dictæ laudatissimæ Civitatis adhibuerit, & ex hoc apparet, cum jure communi prohibitum etiam pœnali statuto ulterius cohibere voluerit. Ex his autem si nimirum statutum hoc secundum Jus commune juxta regulam quod verba statuti dubia ex Jure communi interpretationem declaratorum admittant teste Jason. *in Auth. præterea n.* 14. C. *und. vir. & uxor.* Andreas Geil. *lib.1. obs.50. n.8.* Hartm. Pist. *part.2. q.81. n.29.* Carpz. *p.3. c.20. de 10. n.6.* explicamus. Sequitur in responsione ad quæst. 2. quod hoc statutum de revisione accipi non possit, & per consequentiam revisio petita exinde denegari nequeat. Loquitur enim hoc statutum neque directo de revisione quod ex verbis manifestum nec etiam de eo directo loqui potest, cum ut ego puto hoc statutum antiquius sit, *Recessu de Anno* 1600. ita ut de revisione eo tempore nondum cognita nihil decerni potuerit, nec etiam indirecto vel per consequentiam, agit enim tantum de re per sententiam, quæ vires judicati, jam accepit, non amplius in judiciũ deducenda quod in revisione fieri negamus, cum uti superius latius deductum, quemadmodum & appellatio intra decendiũ, & ita antequã sententia vires rei judicatæ consequatur interponẽda sit, sic etiam si argumentum ex hoc statuto desumendum esset illud omnino procedere deberet à simili ita ut eius conclusio ita conciperetur, quod nimirum revisio, quæ in locum appellationis, propter nimis auctam summam appellabilem successit, non sit deneganda ex hoc statuto, sed potius quemadmodum appel-

latio permittitur, permittenda. Cum juxta vulgatam Dd. Theoricam surrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum est surrogatum. *l. Duobus. §. 1. ff. de jure i. l. decernimus. C. de aquæ ductu l. minor. §. quoniam. ff. de proc. gloss. in verb. subire. l. verum est. §. 1. ff. pro soc. c. Ecclesia. 1. ut lit. pend. l. quod debitori. ff. de don. mort. causs. l. item illa. §. 1. ff. de const. pec.* Decius *cons. 543. in casu proposito. n. 6.* quod & pluribus allegationibus testatur Nicolaus Everhard. *in loc. a vi surrog.* Exinde quoque tertio sequitur, hoc statutum huic §. nostro non contrariari, nec etiam limitationem §. appositam huic statuto applicari posse: Nam quemadmodum statuto nec appellatio nec ex identitatis ratione revisio prohiberi potest, ita limitatio huius §. in fine annexa intelligenda est de eo casu, quo quidem appellatio partibus conceditur, sed per statutum, privilegium, ordinationem provincialem &c. limitatè ita, ut non ad extraneum procedat appellatio, quod evidentissimè *in disp. praced. th. penult.* demonstravimus. Concludendum itaq; per hoc statutum tantum prohiberi sententiam, quæ in rem judicatam transivit amplius in judicium deducere. Secundò ex hoc statuto denegari non posse revisionem. nec Tertio limitationem huius §. (licet in eo habeatur vocabulum statutum) huic statuto applicari posse: Hanc nostram sententiam confirmat etiam mandatum Camerale parti propter denegatam ex hoc statuto revisionem supplicanti contra Inclytum aliquoties memoratæ laudatissimæ Civitatis Senatum concessum, cuius Tenorem huic disputationi inserere placet, sunt autem eius verba:

&c. &c. Wann aber ein ieder bey Recht und den heilsamen Reichs constitutionibus gelassen / und niemand solche zugebrauchen mit straffen oder sonsten verwehrt werden solte / gedachter Abschied auch im Namen und wegen gemeiner Erwerer Stadt versigelt / und dann am End dasselbe befohlen / solchen für wahr / steht / vest und unverbrüchlich zu vollziehen: ob schon in etlichen andern unsern und deß Heil. Reichs Städten die Mittel der Revision zugebrauchen / auch nicht gern sehen thäten / gleichwohl keine so kühn gewesen wäre / daß sie iemanden darumben gestrafft hätten / und ratione Executionis summum in mora periculum, dannenhero à præcepto vermög *Ordination P. 2. T. 23.* wohl empfangen werden möchte / zumahl jurisdictio

wider euch genugsam fundirt wäre; Solchem nach umb diß unser Keyserl. Mandat und Ladung an Euch zu ertheilen unterthänigst anruffend erlangt/ daß selbige heut dato nachfolgender gestalten erkendt worden seind. Hierumb so gebiethen wir Euch sampt und sonders von Röm. Keyserl. Macht/ auch Gericht und Rechts wegen hiemit/ und bey Pön zehen Marck löthigs Golds, halb in unser Keys. Cammer und zum andern halben theil offtermeldtem Imploranten ohnnachlässig zu bezahlen/ hiemit ernstlich und wollen/ daß Ihr den nechsten nach überantwort: oder verkündigung dieses ohne Verzug/ Einred oder Entgelt/ ihm Imploranten daß in mehr gedachtem Abschied verglichene und heilsame verordnete Mittel der revision nicht benemt/ dessen sich zugebrauchen nicht verwehrt/ daß er sich dessen oder sonsten einigen Mittel Rechtens gebraucht/ weder ihm noch die ihm dazu beyrähtig und verhülfflich sein/ sondern Euch dessen allerdings enthaltet. Deme also gehorsamlich nachkommet/ als lieb euch seyn mag angetrohete Pön zuvermeiden/ daran geschicht unser ernstlich Meinung.

XVII.

Restat ut nonnulla jam de revisionis affinibus & contrariis dicamus, sed hoc brevissimè, & potius ut quænam sint affinia & contraria enumeremus, quàm eorum quam habent cum materia hac nostra convenientiam & discrepantiam solidè explicemus, temporis enim in qua jam circumscribor angustia, & alia, quæ se concatinatim offerunt negotia, uti ipsam hanc nostram materiam promeritis, & secundum votum explicare: ita etiam affinia ac contraria, prout res exigeret, describere, mihi impedimento sunt. Sunt autem illa affinia 1. Supplicatio. 2. Appellatio. 3. De J. Saxon. Leuteratio. vide de hisce C.I.A. *l.49.tit.17.* & seqq.

XVIII.

Contraria verò sunt, 1. causæ per se non revisibiles. 2. Sententia quæ in rem judicatam transivit. 3. Desertio revisionis. 4. Præscriptio fatalium. 5. Ea quæ limitationis loco *in duobus §§ in præcedd. & hic.* explicatis ponuntur Hic cursum disputationis sisto, & rogo ut benevolus ac candidus Lector, si materiam non promeritis tractatam vel etiam in nonnullis defectum inveniet, veniam ac excusationé non deneget. sed properanti calamo, atq;

alius

aliis variisque animum hinc inde distrahentibus negotiis, hæc omnia adscribere, & hac promissione hac vice contentus esse velit, me proximè & postquam processum Cameralem tanquam primarium hoc tempore scopum didicerim, omnes eosdem defectus me suppleturum, & omnia in Camera vel alibi in praxi occurrentia, adq; hanc materiam facientia, me quam diligentissimè observaturum, & hisce cum censura additurum: Supremo interim Numini sit Laus, Honor & Gloria sempiterna.



CORONIDIS LOCO
placet annectere.

1.



PRo defensione rerum non licet invasorem occidere.

2.

Utrum Compensatio locum habeat, ubi quantitas ex una parte debetur, ex altera verò quantitas debetur, quæ se habet ad instar speciei? Neg.

3.

Mandans hominem vulnerari, & protestans ne occidat, si mandatarius eum occiderit, utrum pœna homicidy, ex L.Corn.de Sic. teneatur? Neg.

4.

Utrum ex sententia judicis Dominium transferatur? Neg. cum limitatione.

5.

An si domus conducta comburatur Locatoris damnum sit vel conductoris? Neg. Conductorem teneri nisi dolo vel culpa eius incendium factum sit.

6.

Utrum Dominus Authoritate propria expellere possit Emphyteutam propter Canonem non solutum per triennium? Negatur.

Ad



Ad

Præcellentem atq; Pereximium


DOMINUM DOCTORANDUM.

Iversos diversa juvant: Hic ambit honores,
Alter anhelanti pectore quærit opes.
Altius attollis, RIEDTI Doctissime, mentem;
Non hæc vana tibi: Sed Themis alma placet,
Ingenii sic dona refers, fructusq; peramplos,
Quos in te meritò docta Corona stupet.
Perge bonis avibus: Tua tandem gloria portum
Mox secura petet: crescet honos & opes.

Pauca hæc in sempiterni amoris ac amicitiæ tesseram, Domino contubernali, & convictori suo per quam suavissimo, currenti calamo conscribere voluit, debuis

Matthias Binder, LL. Cult.

F I N I S.


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA